

sic homo unum fuit commune Paulo Samosateno, & Patribus Nicænis, sed longè diverso sensu usurpatum.

Inferes: ergo Honorius fuit illegitimè damnatus. Prob. Illatio. Si Honorius non fuit Hæreticus, remansit Pontifex; atqui summus Pontifex a nemine potest condemnari; ergo. R. N. Illationem. Ad prob. dico, Pontificem mortuum non remanere Pontificem; quia post mortem non habet amplius jurisdictionem, ratione cuius esset Pontifex. Fuit autem damnatus Honorius post mortem.

Obj. 2. contra 2. partem. Quòd Honorius ex œconomia, & studio pacis jussit siliari de una, vel duplici operatione in Christo, non debet idèò culpari, & damnari tanquam Hæresis fautor: ergo. Prob. Ant. Vigilius Papa in controversia de tribus capitulis utriusque parti silentium indixit usque ad Synodi celebrationem, nec tamèn idèò culpatur ut fautor trium Capitulorum: S. Basilius magnus Macedonianis indulis silentium de Spiritu S. divinitate, quòd eos ad verè fidei professionem revocaret, nec idèò damnatur ut fautor Macedonianorum: ergo similiter Honorius. R. N. Ant. Ad 1. Probat. N. Conseq. Quia non est eadem ratio controversiarum circa facta, & circa aliquod fidei caput. In controversiis circa facta etiãsi dogmatica potest aliquando imperari silentium saltèm ad tempus, ut fecit Vigilius: at in controversiis circa aliquod fidei caput imperari absolute silentium, ut fecit Honorius, est causam fidei proderè, & errori contrariò favere. Ad 2. Prob. similiter N. Conseq. Disparitas est, quòd, licèt S. Basilius vocem Deitatis taceret ad tempus, adhuc tamèn aliis vocibus æquivalentibus e Scriptura pe-

nitis, testimoniisque eadem vim habentibus, adversarios ià premebat, ut nullo modo repugnare possent, ut testatur S. Gregorius Nazianz. At verò Honorius, jubens siliari vocem duplicis operationis, seu voluntatis in Christo æquivalentia verba non adhibebat, nec Monothelitas impugnabat; quin e contra eodem modo, ac illi loquebatur, & Sergio eorum Principi se assentire palam profitebatur.

Inst. Honorius non secus ac Basilius veritatem catholicam verbis æquivalentibus expressit, ut patet ex ejus Epist. secunda ad Sergium, in qua dicit: *Quantum ad dogma Ecclesiasticum attinet, utrasque naturas in uno Christo unitate naturali copulatas cum alterius communionem operantes, atque operatrices confiteri debemus, & divinam quidem, que Dei sunt, operantem, & humanam, que carnis sunt, exequentem*: ergo. R. Hæc non satisfecit Honorio, ut impugnaret, & comprimeret Monothelitas, siquidem hi eadem verba, que sunt S. Leonis, adhibebant, & sub eis suam hæresim occultabant, ut constat ex Epist. secunda Sergii ad Honorium, & ex confessione Macarii, relata actione 8. Synodi 6. Sic ergo dicebant, carnem assumptam a Verbo exequi, que carnis sunt propria, ut intelligerent id eam præstare ut motam a Verbo, tanquam ejus instrumentum mortuum: unde carnis operationem passionis potius, quam actionis rationem habere asserbant. Honorius itaque verbis laudatis fidem de duabus Christi operationibus non satis clarè pro tempore professus est, & explicuit, nec hæreticum sensum sufficienter exclusit.

DISSERTATIO XIX.

DE OPERIBUS CHRISTI MERITORIIIS, ET SATISFACTORIIS.

D. Thom. Quest. 19.

Uz tractat D. Thom. 1. & 2. art. hujus questionis de una, vel multiplici operatione Christi, sufficienter explicata manent ex præced. Dissert. contra Monothelitas. Undè ad expositionem tertii, & quarti art. ubi agit de merito Christi, proferamus, questionem de satisfactione ejus propter affinitatem adjungemus. Sit itaque

ARTICULUS I.

De merito Christi.

An, quando, & per quos actus Christus meruerit?

Dico 1. Christus verò, & propriè meruit. Est de fide definita in Concil. Trid. sess. 6. cap. 7. ubi expressè dicitur, Christum fuisse causam meritoriam nostræ justificationis. Colligitur ex pluribus locis Scripturæ, quibus exaltatio Christi, redemptio generis humani humilitati, obedientiæ, passioni, &c. Christi ut causæ meritoriz tribuuntur. Sic ad Philipp. 2. *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem... Propter quod, & Deus exaltavit illum*. Isa. 53. *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum*. Et: *Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit, & saturabitur*.

Patet etiãsi ratione: quia in actibus Christi reperiuntur omnes conditiones, quas Theologi requirunt ad merendum apud Deum in Tract. de gratia. 1. erant libere, ut probavimus Dissert. præced. 2. erant bonæ ex objecto, & circumstantiis, juxta illud Joann. 8. *Que placita sunt, et factio semper* 3. procedebant a subiecto justo, & grato. 4. ordinabantur chasitatis virtute ad gloriam Dei. 5. erant viatoris; Christus enim erat simul viator, & comprehensor, ut diximus suprâ Dissert. 15. art. ultimo, petit. 6. ex parte Dei aderat acceptatio harum actionum ad præmium, ut patet ex verbis Isaie suprâ citatis. Quamvis tamèn aliqui Theologi, inter quos Joannes a S. Thom. negent hanc conditionem requiri ad meritum Christi, sed sufficere, quòd ipse Christus suas actiones ordinat, & acceptatum ad præmium, quia ipse est Deus, adeoque persona ordinans est Deus; non sic de aliis hominibus respectivè ad Deum.

Dices 1. Licèt Christus esset simul viator, & comprehensor, non erat tamèn viator secundum animam, quæ fruebatur Deo, sed secundum corpus, quod erat mortale; atqui meritum debet esse ab anima, non a corpore; ergo. R. D. Maj. Non erat viator secundum animam, consideratam secundum se, & in ordine ad Deum, C. consideratam ut est forma corporis. N. Patet ex dictis dissert. 15. cit.

Dices 2. Meritum importat imperfectionem in merente; qui enim meretur, expectat sibi aliquid conferendum ab alio, tan-

quam a superiore; atqui in Christo repugnat: ergo. R. D. Min. Id Christo repugnat ratione divinitatis, C. ratione humanitatis, N. Mirabili itaque fœdere, & suppositum divinum, & humanitas concurrerunt in Christo ad ejus meritum: suppositum divinum ad id, quod perfectionis est, conferens nempe infinitatem valoris; humanitas ad id, quod imperfectionis est, scilicèt ad inferioritatem, & subjectionem.

Dico 2. (Hic q. 34. art. 3. o.) Christus meruit a primo instanti suæ conceptionis usque ad finem vitæ. Est communis cum Auctore. Probr. 1. ex illo ad Hebr. 10. *Ingressus mundum dicitur hostiam, & oblationem noluit: corpus autem aptasti mihi... Tunc dixit: Ecce venio: In capite libri scriptum est de me: Ut faciam, Deus, voluntatem tuam*. Porro, *ingressus mundum*, intelligitur secundum Interpretes primo instanti conceptionis; & bene, nam ante illud non est ingressus; sed ingressurus, post illud non est ingressus, sed ingressus; atqui illa oblatio, qua se victimam in illo instanti obtulit Patri, erat meritoria, nihil enim illi deerat ad meritum: ergo. Prob. 2. ratione. Ab illo instanti usque ad finem vitæ habuit vi scientiæ infusæ usum rationis independentem a phantasmatis, nulloque idèò impedimento detinebatur: ergo potuit ab illo instanti ad finem vitæ sine interruptione actus meritorios elicere: idque fecisse suadent ejus dignitas, & sanctitas.

Dices 1. Prius est esse, quam operari: ergo Christus non meruit in 1. instanti. R. D. Ant. Prius est esse, quam operari operatione successiva, C. instantaneâ, Subd. Prius est esse natura, C. tempore, N. Sic eodem instanti reali quo sol existit, illuminat.

Dices 2. Si Christus a 1. instanti Conceptionis meruisset, nihil postea mereri potuisset; atqui: ergo. Prob. Sequela. Illud primum meritum fuisse infiniti valoris, adeoque quodlibet præmium meruisset: ergo. R. 1. Hoc argumentum nimis probare, scilicèt, Christum non meruisse nisi in ultimo vitæ instanti. R. 2. N. Maj. ad probat. D. Illud meritum fuisse infiniti valoris, & seorsim ab aliis meritis ordinatum, & acceptatum ad præmium, C. Non ergo singula Christi merita seorsim ordinabantur, & acceptabantur ad præmium, sed omnia simul, morte consummata.

Dico 3. (Hic q. 50. art. 6. o. & ad 2.) Christus non meruit in instanti mortis suæ; nec a fortiori post mortem. Prob. Status viatoris de lege Dei ordinari requiritur ad meritum, nec ab ea lege se exemptum indicat ipse Christus Joann. 9. his verbis: *Me oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari*: ubi per diem SS. Patres intelligunt tempus vitæ, per noctem tempus mortis; atqui Christus in instanti mortis, a fortiori post mortem, non

erat amplius Viator: ergo. Prob. Min. Secundum Philosophos viventia desinit per primum sui non esse, in quo verum est dicere, nunc non est vivens, & immediate ante erat: ergo in instanti mortis, quod est extrinsecum vitæ, Christus non erat amplius homo vivens, adeoque nec Viator.

Dices 1. Christus meruit per suam mortem: ergo. R. D. (Ib.) Ant. Christus meruit per suam mortem in fieri, scilicèt, per Passionem, quæ tendebat ad mortem, C. per suam mortem in facto esse, N. Potest etiãsi dici, Christum meruisse per mortem in facto esse non formalitèr, sed objectivè, quatenus vivens eam voluntariè acceptavit, & obrulit Patri. Hac solutione ultima solvitur instantia de Resurrectione, & de vulnere lateris, a quo quidam Patres dicunt fluxisse vitam, salutem, Sacramenta: nisi fortè intelligas etiãsi & bene, fluxisse Sacramenta figurativè, quia fluxit aqua, figura Baptismi; fluxit & sanguis, figura Eucharistiæ. Potest etiãsi dici secundum D. Thom. (Ib. o.) quòd, licèt hæc plaga, & quiddid contingit circa carnem Christi, anima separata, non fuerit nobis meritorium, fuerit tamèn nobis salutiferum efficiënter ut instrumentum Divinitatis unitæ.

Inst. Martyres merentur formalitèr per mortem in facto esse: ergo. Prob. Ant. Merentur aureolam formalitèr per mortem; atqui illam non merentur, nisi mors sit consummata: ergo. R. N. Ant. ad probat. N. Min. Merentur enim aureolam in ultimo instanti intrinsecò vitæ, in quo verum est dicere, nunc vivunt, & post non vivunt: licèt non detur, nisi morte consummata.

Repones: Voluntarium in causa sufficit ad meritum, sicut ad demeritum; atqui tam in Christo, quam in Martyribus mors in instanti extrinsecò vitæ est voluntaria in causis, quibus se voluntariè subjecerunt: ergo. R. D. Maj. Voluntarium in causa sufficit ad meritum, si adsint aliæ conditiones requisitæ, inter quas est status viatoris, C. secus, N.

Dices 2. Christus in coelis orat pro nobis, juxta illud Rom. 8. *Interpellat pro nobis*: ergo. R. N. Conseq. Quia, licèt omnis oratio sit imperatoria, non tamèn est semper meritoria. Undè S. Thom. 2. 2. q. 83. art. 16. docet, peccatores petendo aliquid a Deo impetrare: & tamèn ad 2. negat eos mereri. Ibid. art. 11. ad 1. docet, Sanctos in coelo orare pro beatitudine corporis, eamque impetrare, & tamèn non mereri. Tandem donum perseverantiæ cadit sub impetratione, non tamèn sub merito, ut docet ibid. S. Doctor 1. 2. q. 114. art. 9. ad 1.

Dico 4. (Ib. q. 18. q. 1. art. 5.) Christus meruit per omnes actus liberos humanæ voluntatis. Dico: *humanæ voluntatis*; quia ratio meriti involvit aliquam dependentiam a præmiante; divina autèm voluntas Christi nullam habet superioritatem, a quo dependeat. Prob. Conclusio; quia, supposita libertate in actionibus Christi, nulla deest illis conditio ad meritum. Et quidem 1. sunt viatoris, ut patet ex dictis. 2. sunt undequaque bonæ, imò & theandricæ procedentes a supposito divino, & subiecto infinitè sancto, & grato, atque impeccabili. 3. sunt ex imperio summæ charitatis ordinatæ ad gloriam Dei; & ex his capitibus, quantumvis ex se naturales, febant supernaturalia. 4. tamèn non deerat eis acceptatio ex parte Dei ad præmium: ergo.

Hinc colliges 1. Christum meruisse per actum dilectionis Dei, qui, ut probavimus, fuit liber Christo. Id etiãsi aperte testantur Patres, tribuentes opus Redemptionis nostræ (quod constat esse ex meritis Christi) eximie illius charitati, juxta illud Joann. 14. *Ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio*. Surgite, *eamus hinc*, id est, ad passionem. Ecce quomodo actus obedientiæ fuit imperatus a charitate. Et sanè nullum est meritum saltèm perfectum, quale fuit in Christo, quod non sit a charitate, vel elicitive, vel saltèm imperativè, ut docet S. Thom. (1. 2. q. 114. art. 4.) quia ejus est per se primò, & formalitèr respicere bonum divinum, ad quod ordinari debent opera, ut sint meritoria.

Colliges 2. Christum meruisse per omnes actus suarum preceptorum virtutum moralium, obedientiæ, humilitatis, patientiæ, &c. quia, ut superiore Dissert. exposuimus, in iis fuit liber. Colliges 3. Christum meruisse per omnes actus suarum potentiarum, etiãsi partis sensitivæ, & vegetativæ, imò & corporis, ita ut meruerit non tantum per auditionem, visionem, ambulationem, gemitus, lachrymas, &c. sed etiãsi per motum cordis, pulsationem arteriæ, nutritionem, digestionem, somnum, sitim, &c. Quia, licèt istæ actiones non sint in se formalitèr libere, suberant tamèn ejus voluntati ratione dominii, quod habebat in suum corpus, & ejus potentias. Undè, proit ab ipso permittebantur ab fines honestos, accipiebant aliquam honestatem moralem.

Dices 1. Christus non habebat dominium in has potentias, nisi ut instrumentum divinitatis; atqui instrumentum non movet libere, sed secundum motum causæ principalis: ergo. R. D. Maj. nisi ut instrumentum mortuum, N. ut instrumentum

vivum, C. adeoque & liberum; quia Verbum illud movebat juxta naturam suam, hoc est, per deliberationem rationis.

Dices 2. Ex hac doctrina sequeretur, Christum meruisse spuedo, & alias exercendo actiones merè naturales, & necessarias, quod videtur indecens, & absurdum. R. omnia naturalia, quæ nobis videntur indecèntia, non esse talia in oculis Dei, qui est illorum Auctor. At tamèn, cum illæ actiones non pertinent per se ad vitam vegetativam, & sensitivam, sed per accidens utramque consequantur, posset verisimilitèr dici Christum eas non ordinasse ad meritum. Undè ab illis abstrahimus.

ARTICULUS II.

Quenam Christus sibi meruerit?

Dico 1. (Hic q. 19. art. 3. o.) Christus meruit sibi gloriam corporis, nominis exaltationem, & alia bona, quæ pertinet ad ejus excellentiam exteriorem, ut est ascensio, veneratio, &c. quæque accepit post suam passionem. Est contra Calvinum, qui, ut amorem Christi erga nos magis extolleret, reprehendit Scholasticos, quòd docerint Christum sibi aliquid meruisse. Artamèn

Prob. Conclusio evidentissimis Scripturæ testimoniis. Ad Philipp. 2. de Christo dicitur: *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem... Propter quod* (attendè causalitatem meriti), *& Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: Ut in nomine Jesu omne genu flectatur, &c.* ad Hebr. 2. *Videmus Jesum, propter passionem mortis, gloria, & honore coronatum*. Luc. 24. *Nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam, scilicèt corporis*. Joann. 17. *Opus consummavi, & Nunc clarifica me*. Apoc. 5. *Dignus est agnus, qui occisus est, &c.* Ad stipulantur sancti Patres, Tertul. libr. de Corona Milit. Ang. Traet. 104. in Joann. Bernar. Serm. 3. de Ascens. Prob. (Ibid.) ratione. Perfectus est aliquid habere per meritum, quam sine merito, quando cætera sunt paria, hoc est, quando indè majoris dignitatis non sequitur detrimentum; atqui Christus potuit mereri gloriam corporis, & cætera bona extrinsecò, si quidem eis ab initio caruerit, proindeque merito ad illa tendere potuerit; nec ullum indè videtur sequi majoris dignitatis detrimentum: ergo illa meruit. Patet Conseq. Quia debemus Christo concedere id, quod est perfectius, & nobiliss.

Dices 1. Juxta hanc doctrinam sequitur, quòd Christus sit mortuus pro se, & seipsum obtulerit pro se, quòd damnatur can. 10. Concil. Ephes. Ergo. R. N. Sequelam: quia istis locutionibus significatur, quòd Christus passus sit pro se ex primaria intentione, & pro peccatis propriis; quòd utrumque est falsum, & ultimum damnatum cau. cit. ut patet ex ratione, quæ ibi adfertur; quòd scilicèt Christus oblatione non egerit, quia peccatum non fecit. Quòd autèm Christus non sit passus pro peccatis propriis, & quòd primarius finis ejus Incarnationis fuerit Redemptio nostra, ita ut, ea cessante, non venisset, bene stat potuisse sibi consequentèr, & secundario meruisse, ut patet de Angelis, quibus, ut diximus, meruit gratias accidentales.

Dices 2. Gloria corporis erat Christo debita titulo connaturalitatis: ergo eam non meruit. R. N. Conseq. Potest enim eadem res hoc duplici titulo obtineri, quia inter se non repugnant; idque maxime, si res illa statim ab initio non habebatur, sed suspendatur ejus assuetio, ut fit in caso nostro. Sic. v. gr. filius Regis, cui ex titulo hereditatis debetur Regnum, potest, tamèn egregiis factis illud mereri.

Dico 2. (Ibid.) Christus nec gratiam habitalem, nec gloriam essentialiam sibi meruit. Ita communiter cum S. Thom. Prob. 1. pars. Actus meritorii in Christo primo instanti conceptionis eliciti procedebant a gratia habituali; atqui principium meriti non cadit sub merito, ut alibi diximus: ergo. Prob. Maj. illi actus meritorii eliciebantur a Christo connaturalitèr, hoc enim, cum sit quid perfectius, nec sequatur inconveniens, non debemus denegare Christo; atqui, ut connaturalitèr elicerentur, debebant procedere a gratia habituali, ut a principio quo, ut diximus, dum de gratia Christi: ergo.

Prob. 2. pars. Gloria essentialis animæ, seu scientia beata se tenebat etiãsi ex parte principii meritorum Christi: ergo illam non meruit. Prob. Ant. Meritum Christi regulabatur, vel scientia beata, vel scientia infusa; atqui, si primum, habemus intentum, et etiãsi, si secundum, quia scientia infusa supponebat beatam, ad quam ut proprietates sequeretur: ergo. Patet Maj. Quia meritum in Christo non poterat regulari fide, quæ in eo non erat.

Dices 1. Juxta D. Thom. infrâ q. 34. art. 3. suprâ cit. Christus in 1. suæ conceptionis instanti sanctificatus fuit per principium actum; atqui illi actui nihil deest, ut sit meritorius gratiæ habitualis: ergo. R. D. Min. Si ab ipsa gratia non procedat, C. si ab ipsa gratia procedat, sicut de facto procedebat, secundum exigentiam connaturalem, N.

Repones. S. Thom. infra q. 84. art. 1. o. dicit sic: *Respondendo dicendum, quod Christus data est gratia non solum sicut singulari personae, sed in quantum caput est Ecclesiae, ut scilicet ab ipso redundaret in membra; & ideo opera Christi hoc modo se habent tam ad se, quam ad sua membra, sicut se habent opera alterius hominis in gratia constituti ad ipsum. Unde Christus per suam passionem non solum sibi, sed etiam omnibus membris suis meruit salutem. Atqui per salutem intelligitur gratia, & gloria essentialis, quam membris suis meruit; ergo. R. Quod quidem D. Thom. disertis verbis in hoc, quem tractamus, articulo neget, Christum sibi meruisse gratiam, & beatitudinem animae, alio certe sensu intelligenda veniunt verba objecta, nisi patentissimam S. Doctori præbeamus contradictionem. Dico itaque, S. Doctorem tantum velle, quod Christus, quia est totius Ecclesiae caput, & illi sub hac ratione data est gratia; mereatur sibi capiti, & nobis membris, sicut homo particularis in gratia constitutus sibi soli meretur membra enim, & caput unum constituunt. Non autem intendit, quod ea omnia, quae nobis meruit, sibi meruerit. Hic sensus patet ex textu, & ex verbis in fine; notanter enim S. Doctor non dixit: *Non solum sibi meruit salutem, sed simpliciter, Non solum sibi meruit*, id est, Christus non solum sibi meruit aliquid, sed etiam omnibus membris suis meruit salutem.*

Dices 2. Debemus Christo tribuere, quod est perfectius, & dignius; atqui perfectius, & dignius est habere gratiam, & gloriam ex merito, quam sine merito, ut saepe diximus: ergo. R. D. Maj. si nihil obstat, C. si aliquid obstat, N. Et sic distincta Min. N. Consequo. Obstat itaque in praesenti casu, quod inverteretur ordo connaturalis agendi: cum enim supponatur gratia, & gloria esse in Christo a 1. instanti Conceptionis, & gratia sit principium connaturale actionis meritoriae, visio autem beatifica, seu scientia infusa loco fidei sit ejus regula, ut Christus utramque mereretur, deberet ejus actio meritoria nec esse a gratia, nec regulari scientia beata, aut infusa; quod non est connaturaliter operari meritorie.

Dices 3. Ideo, secundum D. Thom. hic, Christus non meruit gratiam habitalem, & gloriam essentialem, quia debuisse aliquo tempore illis carere; atqui haec ratio nulla est: ergo. Prob. Min. licet meritum natura debeat precedere praemium, non repugnat tamen, quod simul tempore sint, ut patet in augmento gratiae, quod datur in praemium actus habitu intensioris, quod simul est tempore cum illo actu. R. D. Min. Ita ratio nulla est respectu meriti ut sic, C. respectu talis meriti, de quo est questio, N. Supposito enim, quod gratia, & gloria statim ab initio in Christo fuerint, ut alibi diximus, actio ejus meritoria, non quidem absolute, sed connaturaliter, & secundum communem eorum ab illis procedere debebat, in ut, si ab eis non procederet, nulla posset assignari ratio secundum communem, & connaturalem eorum hujusmodi dispensationis, nisi quia tunc in Christo non essent. Et hoc intendit S. Thom. Adde, quod, si non reguleretur per scientiam beatam, aut infusam, debeat regulari per fidem, quae est cum utraque impossibilis.

Repones: S. Thom. Quodl. 9. art. 8. docet, Angelum in 1. instanti, & fuisse beatum, & beatitudinem meruisse; rationemque reddit, quia in instanti fieri, & factum esse sunt simul tempore: ergo. R. S. Thomam ibi loqui ex aliorum sententia, non ex propria. Etenim S. Thom. eo in loco querendo, utrum Angeli meruerint suam beatitudinem, tres refert sententias: primam asserentem, Angelum in 1. suae creationis instanti fuisse beatum: secundam, Angelos fuisse creatos in gratia, & in ea perseverantes gloriam meruisse; hanc amplectitur S. Doctor: tertiam, fuisse in puris naturalibus conditos, sed simul conversis ad Verbum collatam fuisse beatitudinem & gratiam. Pro cuius sententiae defensione tres refert dicendi modos, & solum approbat tertium relatum in objectione: sed, ut patet, non ex propria sententia, secundam enim elegerat, sed tertia sententia supposita, quam non sequebatur. Ita Ferrar. 3. contr. Gent. cap. 110. Bergomensis in Tabula aurea Dub. 134. citati apud Gonetum.

Inst. Nihil repugnat etiam connaturaliter, quod tale Christi meritum reguleretur per scientiam infusam, & mereatur scientiam beatam: ergo. Prob. Ant. Si quid repugnaret, esset, quia scientia infusa supponit beatam, & ad illam sequitur; atqui falsum consequens: ergo. Prob. Min. ex D. Thom. supr. q. 9. art. 3. ad 2. ubi expressè fatetur, scientiam infusam esse dispositionem ad beatam: ergo. R. N. Ant. ad prob. N. Min. ad probat. Dico, S. Thom. loqui de dispositione, quae se habet per modum effectus ad bene esse formae; non de ea, quae se habet ut via ad formam simpliciter. Sic eodem sensu q. 7. art. 13. ad 2. appellat gratiam habitalem dispositionem ad gratiam unionis.

Dices 4. Isai. 53. dicitur de Christo: *Pro eo quod laboravit anima ejus, videbitur & saturabitur*; atqui illa visio est beata, de qua Ps. 16. *Saturabor, cum apparuerit gloria tua*: ergo. R. N.

Min. Sed debet intelligi illud *videbitur* de visione seminis longevi, id est, conversionis Gentium, ut patet ex verbis immediate precedentibus: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbitur seminem longevum*, &c. Ex dictis colliges, Christum etiam non meruisse virtutes, & dona, quae simul cum gratia conferuntur, & ad eam ut proprietates consequuntur; quia, de lege Dei ordinaria, eadem via, & actione essentia, & proprietates producentur.

Quidam hic movent questionem, utrum saltem de potentia Dei absoluta Christus potuerit sibi mereri gratiam, & gloriam essentialem, ut habitas in primo instanti Conceptionis? Negat Joannes a S. Thom. Nugno, Contenson; affirmant Godoy, Gonet. Vide, si lubet. Questioni enim prorsus inutili immorari nec vacat, nec placet.

ARTICULUS III.

Utrum, & quae Christus meruit Angelis, & hominibus?

Dico 1. (Ibid. art. 4. o.) Christus non tantum sibi meruit, sed & aliis; quia in Christo non solum fuit gratia, sicut in quodam homine singulari, sed sicut in capite totius Ecclesiae, cui omnes uniantur, sicut capiti membra, ex quibus constituitur mystice una persona: ergo meritum Christi se extendit ad alios, in quantum sunt membra ejus: sicut etiam in uno homine actio capitis aequaliter pertinet ad omnia membra ejus, quia non solum sibi sentit, sed omnibus membris.

Dico 2. Christus non meruit Angelis gratiam, & gloriam essentialia, sed tantum gratias accidentales. Constat ex dictis de gratia Christi capitali, Dissert. 9. art. 3. Require, Dico 3. Christus non meruit primis Parentibus gratiam status innocentiae. Constat ex dictis ibidem art. 2. §. 3. Vide.

Dico 4. Christus meruit aliis hominibus omnes gratias actuales disponentes ad justificationem, ipsam gratiam justificationem, gloriam, auxilia omnia, dona supernaturalia, omnes denique nostrae Praedestinationis effectus. Prob. auctoritate. Ad Ephes. 1. dicitur: *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo*, id est, per Christum, juxta S. Thom. ex Ambros. & aliis Patribus, Joann. 1. *De plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia*, id est, omnem gratiam a prima usque ad ultimam juxta phrasim hebraicam. Ita interpretatur Chrysost. ibid. hom. 23. Aug. Tract. 3. in Joann. Joann. 14. *Sine me nihil potestis facere*, nempe, quod conducit ad salutem, ut explicat cum Patribus Trid. Sess. 5. & 6. Bern. Sermon. 13. in Cant. *Quidquid virtutis*, inquit, *quidquid sapientiae habere confidit... deputa Christo*. D. Thom. supr. q. 7. art. 9. dicit, gratiam Christum pleam esse, eo quod attingit omnes effectus gratiae. Prob. ex iure Ecclesiae, quod si ve petat spiritualia quaecumque, sive temporalia prout conducunt ad salutem; petit per Dominum nostrum Jesum Christum.

Prob. ratione. Christus nobis meruit ea omnia, quae ad salutem, & justificationem sunt necessaria, quaeque miseramus per peccatum originale; atqui haec omnia assignata sunt necessaria ad justificationem, & salutem nostram, eaque omnia miseramus per peccatum originale: ergo. Patet Min. Prob. Maj. 1. Quia juxta Scripturam, ubi abundavit delictum, superabundavit gratia. 2. Quia id pertinet ad officium perfecti, & consummati Salvatoris, & Redemptoris, qualis fuit Christus. 3. Quia hoc magis congruit excellentiae, & dignitati ejus, cui nempe nihil perfectionis debemus denegare, nisi vel in se repugnet, vel oppositum fuerit revelatum: Ergo.

Dices 1. Gratia, & justificatio nostra sunt omnino gratuita, secundum Apost. ad Rom. 3. & 11. ergo ex nullius meritis. R. D. Ant. Sunt gratiae respectu nostri, C. respectu Christi, N. Et hic est sensus Scripturarum, quem inveniit ipsemet Apostolus 3. ad Rom. cit. *Justificati gratis*, inquit, *per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Jesu*. Quibus verbis significat, nostram justificationem respectu nostri esse gratuitam, & respectu Christi remuneratariam.

Dices 2. Adam non amisit spem, & fidem: ergo. R. D. Ant. Non amisit sibi, C. non amisit nobis, N. Etenim, ait Concil. Arausiac. 2. can. 25. *Per peccatum primi Parentis non fuisse attenuatum liberum arbitrium hominis, ut nec possit in Deum credere, nec sperare*.

Dices 3. S. Thom. infra q. 79. art. 7. ad 2. dicit, quod *Passio Christi effectum non habeat, nisi in illis, qui conjunguntur illi per fidem, & charitatem*: ergo. R. S. Thom. loqui de effectu completo, id est, remissione culpae, & infusione gratiae, quae sit effectus Sacramenti, de quo ibi agit.

Dices 4. Meritum debet existere ante praemium, cum sit praemii causa; atqui Christus non existit ante antiquos Patres: ergo. R. D. Maj. Debet existere in re, N. in praesentia praemiantis, C. Cum sit enim causa moralis tantum, sufficit quod existat in praesentia alterius.

Di.

Dices 5. Christus non meruit suam Incarnationem; atqui haec erat maxime necessaria ad salutem nostram: ergo. R. nostram conclusionem non procedere de Incarnatione; tum quia ipsa est principium meriti in Christo; tum quia non est effectus praedestinationis nostrae, sed ad illam praesupponitur.

ARTICULUS IV.

Utrum Christus verè, & propriè pro nobis satisfecerit; an improprie tantum, & metaphoricè?

Ille dicitur verè, & propriè satisfacere, qui exhibet pretium aequivalens rei ablatae, seu injuriae illatae, per quod extinguitur debitum. Ita Christum pro nobis Deo satisfecisse, tenent omnes Catholici, scilicet, ipsum tanquam valde, & sponsorem nostrum poenas peccatis nostris debitas tulisse, sanguinem fundendo, & mortem oppetendo loco nostri. Negant Sociniani, contententes Christum pro nobis satisfecisse improprie tantum, & metaphoricè, scilicet, predicatione, consilio, & exemplo; quibus, & aliis, quae ipsi commissa erant, adimpletis, Deus gratis peccata nobis remittit. Fatentur equidem, Christum esse mortuum pro nobis, hoc est, commodo nostro, quatenus ejus mors non movet ad poenitentiam, & ea certificamur Deum condonaturum nobis peccata, at non pro nobis, id est, loco nostri, luendo poenas peccatis nostris debitas. Et hic error sequitur ex alio. Quamvis enim agnoscat, Deum punire peccatores perveraciter, & in malo perseverantes, voluit tamen eum respicientibus gratis, & nulla ex postulata satisfactione condonare; ne aliquin fiat praedictum ejus misericordiae. Contra quos cum universa Ecclesia

Dico: Christus verè, & propriè pro nobis satisfecit. Prob. 1. Juxta Scripturam Christus redemit nos pretio soluto, scilicet, sanguine fusso, & morte oppetita: ergo verè, & propriè pro nobis satisfecit. Patet Consequens ex notamine. Prob. Ant. 1. Cor. 6. habetur: *Empti estis pretio magno*. Cap. 7. *Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum*. 1. Petr. 1. *Scientes quod non corruptibilibus auro, vel argumento redempti estis... sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati*. Hic pretium praeter auro, & argento, quibus redimuntur captivi, & assignatur quale sit, pretiosus scilicet sanguis Christi, cui nostra redemptio tribuitur. Item Ephes. 1. *In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum*. Tit. 2. *Dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate*. 1. Tim. 2. *Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus: gratiae, pretium pro omnibus*. Galat. 3. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum*, id est, transiens in se maledictionem, seu punitionem peccatis nostris debitam. Matth. 20. *Filius hominis venit dare animam suam, redemptionem pro multis: gratiae, pretium pro multis*. Heb. 7. Christus dicitur *melioris testamenti sponsor factus*; quo sensu autem sit novi testamenti sponsor, explicat Apostolus ibid. c. 9. *Ideo*, inquit, *novi testamenti mediator est: ut morte intercedente, in redemptionem eorum praevocacionum, quae erant sub priori testamento, remissionem accipiant, qui vocati sunt aeternae hereditatis*. Similiter passim alibi.

Ex his praeceditur evasio Socinianorum, qua dicunt haec esse intelligenda de redemptione impropria, sicut cum Exod. 13. Deut. 7. & alibi Deus dicitur redemisse populum suum, & Act. 7. Moyses dicitur missus Redemptor, licet nihil solverint. Disparitas est enim aperta, quod in locis a nobis laudatis exprimat redemptio persoluto pretio, secus cum Deus, aut Moyses dicitur Redemptor. Redemptio autem, persoluto pretio, secundum ipsum Socinum est vera, & propria redemptio. *Redime-re aliquem*, inquit lib. 2. de servatore cap. 1. *nihil aliud proprie significat, quam captivum manibus illius, qui illum detinet, dato pretio liberare*.

Neque dicas cum iisdem, pretium etiam intelligendum esse improprie, quatenus scilicet ad ejus praesentiam liberamur a Deo. Nam 1. Quis non videt, hanc responsum esse sine ullo fundamento factam, miseram Scripturarum contorsionem, & meritum effugium? Quod si semel admittatur, nihil erit in Scripturis, quod ad sensum improprium detorque non liceat. 2. 1. Joann. 18. Hoc pretium comparatur, imò praefertur auro, & argento, quod est verum, & proprium pretium, quo redimuntur captivi. 3. Quia in Graeco non solum dicitur *Litrum*, id est, pretium, sed *Antilytrum*, id est, pretium aequivalens, & vera debiti compensatio.

Dicunt insuper Sociniani, particulam pro, graecè *yper*, non semper significare substitutionem unius pro alio, seu solutionem debiti, sed saepe occasionem, seu causam finalem. Unde, quando Christus dicitur mortuus pro nobis, non est sensus, quod loco nostri sit mortuus, & quod solverit debitum nostrum; sed quod morte sua magnum beneficium nobis contulit, contestans suam erga nos charitatem, promittens, & certificans, misericordiam Dei condonaturam nobis peccata nostra. Id autem

probant 1. Quia 1. Joann. 7. jubemur animam pro fratribus ponere ad imitationem charitatis Christi, qui posuit animam suam pro nobis: non debemus autem animam ponere pro fratribus, quasi illorum loco in poenis ferendis substituamur, sed tantum in eorum utilitatem, & commodum. 2. Quia eodem modo Christus dicitur mortuus pro nobis, quo dicitur mortuus pro peccatis nostris. At non dicitur mortuus pro peccatis hoc sensu, quod sit mortuus loco peccatorum nostrorum, sed quod sit mortuus, ut a peccatis nos avocaret, & de eorum remissione gratuita fidem, & spem faceret. R. nos non facere vim in particula pro seu *yper* praecise, sed cum adjunctis, & circumstantiis. Unde contendimus, quod, cum Christus dicitur nos redimisse, non auro, aut argento, sed pretio sui sanguinis, se dedisse redemptionem, seu pretium redemptionis pro nobis, nos redimisse de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, dedisse animam redemptionem, seu pretium redemptionis pro multis, & similia, quae dixi, & modo dicam; contendimus, inquam, haec non posse intelligi, nisi in quantum Christus se vadem nostrum dedit, loco nostri passus est, & pro peccatis nostris soluto pretio satisfecit; neque in Scripturis, aut alibi has, & similes expressiones reperire est, quae subrogationem unius pro alio in solvendo pretio, & satisfaciendo non significant.

Hic evanescit, quod opponunt de praepo ponendi animam pro fratribus nostris. Non enim jubemur ponere animam pro fratribus ad eos redimendos, ad satisfaciendum pro ipsis, &c. sed, cum Christus morte sua duo praestitit, primum, & principale, quod morte sua nos redemerit, & pro peccatis nostris satisfecerit; alterum, quod exemplum mutuae charitatis imitandum nobis dederit; ad hoc secundum, ubi urget necessitas proximi, hortatur nos Joannes Evangelista, non ad primum, cuius sumus incapaces. Quod autem opponunt de peccatis, absonum est: quasi verè eadem particula pro applicata rebus eadem vim significanti habeat, ac applicata personis. Dum dico, *Satisfeci pro debito Petri*, erit forte sensus quod sim substitutus loco debiti? hoc est plane absurdum. Sed, si dicam, *Satisfeci pro Petro*, sensus apertus, & obvius est, quod satisfecerim loco Petri. Quando igitur Christus dicitur mortuus pro peccatis nostris, particula pro significat causam finalem, & sensus est Christum esse mortuum pro peccatis nostris expiandis. Quando autem dicitur mortuus pro nobis cum adjunctis, quae retulimus, & referemus, particula pro significat Christum fuisse loco nostri substitutum, pro nobis solvisse redemptionis pretium, ac pro nobis verè satisfecisse.

Instant Fratres Poloni. Si Christus loco nostri sit mortuus, ut quid ergo nos adhuc morimur, & alias peccati poenitentiae adhuc patimur? R. quia non est mortuus, ut nos liberaret a morte temporali, sed aeterna, cui subiciamur; & ut nobis acquireret gratiam, qua tolerantia poenitentiarum hujus vitae fieret nobis meritoria vitae aeternae. Inferunt: ergo debebat subire mortem aeternam, cui subiciebamur. R. N. Illationem. Quia mors ejus temporalis fuit valoris sufficientis, & superabundans, ut nos ab aeterna morte redderet, ut dicemus infra.

Confirm. 1. Praecedens probatio ex Isai. cap. 53. ubi v. 4. dicitur de Christo: *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit* (graecè: *Et ipse peccata nostra fert, & pro nobis affligitur*.) *Et nos putavimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum*. Versu 5. *Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra; disciplina pacis nostrae super eum, & livore ejus sanati sumus*. Versu 6. *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrorum*. Versu 8. *Propter scelus populi mei percussus eum*. Versu 10. *Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbitur semen longevum*. Ergo Christus pro nobis, loco nostri subrogatus poenas peccatis nostris debitas portavit, & tulit, sique debitum nostrum extinxit; nam disciplina pacis nostrae super eum, & livore ejus sanati sumus. Ergo nos redemit pretio persoluto. Ergo verè, & propriè pro nobis satisfecit. Id explicat adhuc exprimit S. Petrus Ep. 1. c. 2. ad verba Isaiæ alludens: *Peccata nostra*, inquit, *ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui, justitiam vivamus: cuius livore sanati sumus*.

Respondent Sociniani, in Hebraeo pro tulit haberi vocem ambiguum, quae aequè significat *ferre*, & *causare*; intelligi autem volunt, Christum abstulisse languores nostros, hoc est, peccata, & poenas eis debitas, non tamen eas in se tulisse, & passum fuisse. Idque inde probant, quod dum Christus sanaret morbos, dicitur a Matthaeo c. 8. adimplevisse, quod dicitur erat per Isaiam dicentem: *Ipse infirmitates nostras accipit, & agrotationes nostras ipse portavit*; & tamen Christus morbos in se non tulit, nec assumpsit, sed abstulit tantum, & sanavit. Sed contra. Esto ly tulit apud Isaiam significet *abstulit*; & hoc etiam verissimum est, Christum abstulisse languores, & infirmitates nostras, id est, peccata nostra, & poenas eis debitas; sed quare, & quomodo juxta Isaiam peccata nostra, & poenas eis

da-

debitas abstulit? Quia illas portavit: Quia illas portavit in corpore suo super lignum: Quia propter illas vulneratus est, & attritus: Quia pro illis posuit animam suam: Quia posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrorum: Quia enim percussit, & humiliavit. Verè ergo Christus tulit, & abstulit peccata nostra, & penas eis debitas; sed idè abstulit, quia tulit. Neque his quidquam officit textus Matthæi, dum dicit impletum fuisse Isaie oraculum, quando Christus morbos sanabat, quos tamèn non ferebat, sed auferere tantum: quia, ut patet ex dictis, utrumque conjunxit Propheta, & quòd Christus tulerit penas peccatorum, & quòd eas abstulerit; & quia peccati pœnæ aliæ sunt animi, aliæ corporis, utrasque sua passione abstulit Christus, seu meruit auferri, quando expedit. Et idè S. Mattheus dicit, adimpletum fuisse Isaie oraculum, inæquatè scilicet, & ex parte ablationis peccatum corporalium.

Confirm. 2. ex illo Ps. 68. qui certè est de Passione Christi: *Que non rapui, tunc exolvebam.* Quæ verba significant, Christum, licet non rapuerat peccando Dei honorem, reddidisse tamèn sua passione, quæ homo peccator rapuerat. Ità Aug. in hunc Ps. *Non rapui, & exolvebam: non peccavi, & penas dabam.* Similiter alii Patres, & Interpretes. Ergo pro nobis satisfecit soluto pretio.

Prob. 2. Christus semetipsum obtulit in Cruce ut victimam, & hostiam piacularem pro peccatis nostris: ergo verè, & propriè satisfecit pro nobis. Prob. Ant. Christus fuit verus Sacerdos, & Pontifex novæ Legis, ut testatur Apostolus tota Ep. ad Hebræos, præsertim c. 7. Atqui munus Sacerdotis, & Pontificis consistit non solum in intercessione, doctrina, & exemplo vitæ, ut vult Socinus, sed potissimum in immolatione, & oblatione victimæ pro expiatione peccatorum, ut disserit docet Apostolus Hebr. 5. his verbis: *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, que sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis.* Et c. 8. *Omnis Pontifex ad offerendum munera, & hostias constituitur: unde necesse est, & hunc habere aliquid, quod offerat.* Nam autem Christus nihil haberet extraneum Deo dignum quod offerret, semetipsum obtulit in sacrificium ut victimam, & hostiam; quod non minus expressè docet idem Apost. Hebr. 7. *Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelso calis factus: Qui non habet necessitatem, quemadmodum Sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi; hoc enim fecit semel se offerendo.* Ergo in terris; non in caelo, ubi quotidie se offert. Nihil ergo, inquam, manifestus est ex Scripturis, quàm Christum officio Sacerdotis functum fuisse in terris, semetipsum offerendo in Cruce Hostiam piacularem pro peccatis nostris. Hoc autem munus in caelo inerecentè prosequitur, representando Patri suum sacrificium, & ipsum interpellando, ut illius fructus nobis applicetur, ut non jam semel dictum est. Et quia hæc duo Sociniani non distinguunt, omnes Scripturas confundunt. Ut ergo eorum trices breviter satisfaciam.

Ad 1. sensus Apostoli est, quòd, si Christus post mortem mansisset in terris, non esset Sacerdos; quia nulla superesset ipsi victima offerenda; non proprii corporis, quia jam oblata erat; non aliarum rerum terrenarum, id enim pertinet ad oblationem legem ad Sacerdotes de Tribu Levi, de qua non erat Christus, sed de Tribu Juda. Et hunc sensum aperte important verba Apostoli. Potest etiàm dici, quòd, si post mortem mansisset in terris, nec ascendisset in caelum, non fuisset Sacerdos completa, quia non obisset secundum munus Sacerdotis, quod erat offerre in Sanctuario sanguinem victimæ prius mactatæ. Ad 2. N. Ant. Hæc sunt verba Apostoli: *Christus non semetipsum sacrificavit, ut Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus est tu, hodie genui te.* Quibus verbis non significat Apostolus, quòd Christus sit factus Pontifex, sed quòd sit factus Pontifex ab eo, qui dixit, *Filius meus es tu.* Undè dato, quòd hoc non fuerit dictum ante Resurrectionem, nihil jubat Socinianos. Veritas est tamèn, quod ante dictum fuerit, nempe quòd Jesus baptizatus, & transfiguratus fuit. Act. autèm 3. hoc dicitur de Christo resurgente, & Resurrectione est probatio, & prosequit generationis æternæ; cum enim Christus esset Filius naturalis Dei vivi, jure æternæ generationis debuit revocari ad vitam.

Ad 3. Intolerabile est, Socinianos interpretari Scripturas contra formalissimam eorum verba. Apostolus conceptis terminis dicit. *Ingressus mundum:* & isti dicunt: non ingrediens in mundum, sed in caelum. Neque obstat quòd v. 9. Patet solutio in mundo dicit: *Hostiam, & oblationem voluisti: corpus autem aptasti mihi.* Quia ergo victimæ legales non poterant auferre peccata, venit Christus, ut sui corporis Sacrificio ea auferret. Item infra: *Et omnis quidem Sacerdos præsto est quasi die ministrans, & easdem sepe offerens hostias, que nunquam possunt auferre peccata: Hic autem unum pro peccatis offerens Hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei.* Una enim oblatione consummavit in æternum sanctificatos. Hoc est ergo discrimen inter victimas legales, & Christum, quòd ille non possent auferre peccata, qui erant figuræ; posset autem Christus, quia est veritas. Ad 2. Nos non facimus vim in verbo *Expiare.* Esto ergo quandoquè significet in Scripturis, aut liberare, aut tegere, aut declarare expiatum; certum est etiam, quòd sæpè, & magis propriè significet solvere pretium liberationis, terre pœnæ peccati debitas, adeoque propriè satisficere: hoc autem sensu dictum esse de Christo probant, quæ hinc usque ex Scripturis protulimus. Idè enim dicitur, Christum verè, & propriè expiassè peccata nostra; quia magno pretio nos emit; quia non auro, aut argento, sed proprio sanguine nos redemit; quia dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate; quia factus est pro nobis maledictum, ut nos de maledicto legis liberaret; quia venit dare animam suam pretium pro multis; quia vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus propter scelera nostra: quia livore ejus sanati sumus; quia exolvit, quæ nos rapueramus; quia dilexit nos, & ex hac dilectione Sacerdos, & Pontifex tradidit seipsum oblationem, & hostiam Deo. Propter hæc, inquam, & plura alia similia, quæ passim

cerdos veteris Legis victimam prius mactabat, deinde Sanctuarium ingrediebatur cum sanguine, quem offerebat. 2. Ut etiam dixi ex eodem Apost. Hebr. 5. Pontifex assumitur, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis, utique in terris; in caelo enim nullum sacrificium fieri, nulla victima immolari potest. 3. Idem Apost. Hebr. 9. ait: *Non enim in manufacta Sancta Jesus intraivit exemplaria verorum: sed in ipsum caelum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Neque ut sæpè offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos, in sanguine alieno: Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi, nunc autem semel in consummatione seculorum, ad destinationem peccati, per hostiam suam apparuit.* Quot verba, tot fulmina in Socinianos. 1. Jesus introivit in caelum, sicut Pontifex introibat in manufacta sancta: non autem Pontifex introibat in sancta nisi post perfunctum officium Sacerdotis in mactatione victimæ, ejus sanguinem offerebat in Sanctuario. Ergo similiter Christus non nisi post mactationem victima in cruce introivit in caelum, ut nunc appareat vultui Dei pro applicando nobis hujus Sacrificii fructu. 2. Non sæpè se offert, sed semel: ergo in cruce, non in caelo, ubi continuo se offert. 3. Si sæpè se obtulisset, sæpè passus fuisset: ergo passione se obtulit. 4. Sed obtulit, cum apparuit: ergo in terra; non in caelo, ubi disparuit. Item ib. c. 7. *Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum Sacerdos, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi; hoc enim fecit semel se offerendo.* Ergo in terris; non in caelo, ubi quotidie se offert. Nihil ergo, inquam, manifestus est ex Scripturis, quàm Christum officio Sacerdotis functum fuisse in terris, semetipsum offerendo in Cruce Hostiam piacularem pro peccatis nostris. Hoc autem munus in caelo inerecentè prosequitur, representando Patri suum sacrificium, & ipsum interpellando, ut illius fructus nobis applicetur, ut non jam semel dictum est. Et quia hæc duo Sociniani non distinguunt, omnes Scripturas confundunt. Ut ergo eorum trices breviter satisfaciam.

Ad 1. sensus Apostoli est, quòd, si Christus post mortem mansisset in terris, non esset Sacerdos; quia nulla superesset ipsi victima offerenda; non proprii corporis, quia jam oblata erat; non aliarum rerum terrenarum, id enim pertinet ad oblationem legem ad Sacerdotes de Tribu Levi, de qua non erat Christus, sed de Tribu Juda. Et hunc sensum aperte important verba Apostoli. Potest etiàm dici, quòd, si post mortem mansisset in terris, nec ascendisset in caelum, non fuisset Sacerdos completa, quia non obisset secundum munus Sacerdotis, quod erat offerre in Sanctuario sanguinem victimæ prius mactatæ. Ad 2. N. Ant. Hæc sunt verba Apostoli: *Christus non semetipsum sacrificavit, ut Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus est tu, hodie genui te.* Quibus verbis non significat Apostolus, quòd Christus sit factus Pontifex, sed quòd sit factus Pontifex ab eo, qui dixit, *Filius meus es tu.* Undè dato, quòd hoc non fuerit dictum ante Resurrectionem, nihil jubat Socinianos. Veritas est tamèn, quod ante dictum fuerit, nempe quòd Jesus baptizatus, & transfiguratus fuit. Act. autèm 3. hoc dicitur de Christo resurgente, & Resurrectione est probatio, & prosequit generationis æternæ; cum enim Christus esset Filius naturalis Dei vivi, jure æternæ generationis debuit revocari ad vitam.

Ad 3. Intolerabile est, Socinianos interpretari Scripturas contra formalissimam eorum verba. Apostolus conceptis terminis dicit. *Ingressus mundum:* & isti dicunt: non ingrediens in mundum, sed in caelum. Neque obstat quòd v. 9. Patet solutio in mundo dicit: *Hostiam, & oblationem voluisti: corpus autem aptasti mihi.* Quia ergo victimæ legales non poterant auferre peccata, venit Christus, ut sui corporis Sacrificio ea auferret. Item infra: *Et omnis quidem Sacerdos præsto est quasi die ministrans, & easdem sepe offerens hostias, que nunquam possunt auferre peccata: Hic autem unum pro peccatis offerens Hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei.* Una enim oblatione consummavit in æternum sanctificatos. Hoc est ergo discrimen inter victimas legales, & Christum, quòd ille non possent auferre peccata, qui erant figuræ; posset autem Christus, quia est veritas. Ad 2. Nos non facimus vim in verbo *Expiare.* Esto ergo quandoquè significet in Scripturis, aut liberare, aut tegere, aut declarare expiatum; certum est etiam, quòd sæpè, & magis propriè significet solvere pretium liberationis, terre pœnæ peccati debitas, adeoque propriè satisficere: hoc autem sensu dictum esse de Christo probant, quæ hinc usque ex Scripturis protulimus. Idè enim dicitur, Christum verè, & propriè expiassè peccata nostra; quia magno pretio nos emit; quia non auro, aut argento, sed proprio sanguine nos redemit; quia dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate; quia factus est pro nobis maledictum, ut nos de maledicto legis liberaret; quia venit dare animam suam pretium pro multis; quia vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus propter scelera nostra: quia livore ejus sanati sumus; quia exolvit, quæ nos rapueramus; quia dilexit nos, & ex hac dilectione Sacerdos, & Pontifex tradidit seipsum oblationem, & hostiam Deo. Propter hæc, inquam, & plura alia similia, quæ passim

Respondent 2. Sociniani, Sacrificium Christi in Cruce equidem expiassè nostra peccata, sed per expiationem intelligunt liberationem a peccatis. Liberavit autem, inquam, non effectivè, aut meritorie, quasi pretium pro illis solverit, aut penas eis debitas tulerit, quod esset propriè satisficere; sed tripliciter

alio

alio modo: 1. *Antecedenter;* quatenus mors Christi secundum Dei ordinationem erat conditio, quæ debebat præcedere gratuitam peccatorum remissionem. 2. *Exemplariter;* quia consideratio mortis Christi, nos movet ad poenitentiam. 3. *Declaratorie;* quia per mortem ejus certificamur condonanda fore nobis peccata per Dei misericordiam. Idque appositè dicitur putant; tum quia victimis antiquæ legis, quæ erant figuræ Christi morientis, nulla inerat vis effective, & meritorie delendi peccata; tum quia expiare in Scripturis non semper significat satisficere, soluto pretio, sed quandoquè *liberare*, ut dum dicitur de Deo Deut. 21. & Ps. 51. quandoquè *tegere*, ut Ps. 31. quandoquè *declaratè remissionem factam*, ut Levit. 13. & 14. Ergo. Sed contra Præposterè Sociniani confundunt expiationem cum liberatione, hæc enim est effectus, illa causa; idè quippe liberamur a peccatis, quia sunt expiata. Christum autem verè expiassè peccata nostra, hoc est, solvissè pretium pro illis, & penas illis debitas loco nostri fuisse, plusquam manifestum reliquimus ex Scripturis, hinc usque laudatis.

Modi verò, quibus Sociniani hanc expiationem explicant, insufficientes sunt, & absoni. Ac. 1. si *Antecedenter* tantum mors Christi expiavit peccata nostra, tanquam scilicet mera conditio prævia, expiatio hæc, seu liberatio non minus tribuenda foret ejus vitæ, miraculis, & resurrectioni, quam morti, cum illa non secus, ac mors præcesserit, & debuisset præcedere nostram liberationem factam in caelis, secundum Socinianos; & tamèn soli ejus morti liberationem nostram tribuit Scripturæ. Adde, quòd mors, & sanguis Christi dicitur in Scripturis non mere conditio, sed pretium liberationis nostræ. Quantum ad 2. modum; non diffinemur Passionem Christi esse exemplam, quo movemur ad poenitentiam; sed ibi non sinit: ulterius & principaliter est pretium nostræ redemptionis, ut probavimus. Insuper mortuus est Christus pro peccatis omnium hominum, non solum presentium & futurorum, sed etiam eorum, qui illum præcesserunt, quibus tamèn ejus mors non potuit esse exemplum. Quantum ad 3. modum; Christus dicitur in Scripturis citari, & aliis expiassè peccata nostra, non quia declaravit esse condonata, aut fore condonanda; sed quia penas eorum tulit, & pro illis sanguine suo pretium solvit, quod est propriè expiare, & satisficere. Item, si mors Christi fuit tantum declaratio liberationis a peccato, non plus nobis contulit, quam victimæ legales; nam mactatio victimarum erat etiam tunc signum, & declaratio condonationis peccatorum. Item liberatio nostra deberet puritè, & magis adscribi Resurrectioni Christi, quam ejus morti; quia secundum Socinianos magis adhuc per Resurrectionem, quam per mortem, certificamur Deum nobis gratis condonaturum, peccata nostra.

Ad ea verò, quæ adferunt Sociniani in probationem sui commentarii. R. ad 1. id ipsis magis nocere, quam prodesse. Nam 1. siq. victimæ legales verè expiabant legales immunditias, ut figura respondeat veritati, Christum victima debet expiare animæ maculas. 2. Inter victimas legales, & Christum tantum debet intercedere discrimen, quantum inter figuram, & veritatem, seu realitatem. Quamvis ergo victimis legalibus, ut figuris non erat vis expiandi delicta, hæc debuit competere Christo, qui erat veritas, & realitas; hæc discrimen aperit designat Apostolus Hebr. 10. dicens: *Impossibile enim est sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens in mundum dicit: Hostiam, & oblationem voluisti: corpus autem aptasti mihi.* Quia ergo victimæ legales non poterant auferre peccata, venit Christus, ut sui corporis Sacrificio ea auferret. Item infra: *Et omnis quidem Sacerdos præsto est quasi die ministrans, & easdem sepe offerens hostias, que nunquam possunt auferre peccata: Hic autem unum pro peccatis offerens Hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei.* Una enim oblatione consummavit in æternum sanctificatos. Hoc est ergo discrimen inter victimas legales, & Christum, quòd ille non possent auferre peccata, qui erant figuræ; posset autem Christus, quia est veritas. Ad 2. Nos non facimus vim in verbo *Expiare.* Esto ergo quandoquè significet in Scripturis, aut liberare, aut tegere, aut declarare expiatum; certum est etiam, quòd sæpè, & magis propriè significet solvere pretium liberationis, terre pœnæ peccati debitas, adeoque propriè satisficere: hoc autem sensu dictum esse de Christo probant, quæ hinc usque ex Scripturis protulimus. Idè enim dicitur, Christum verè, & propriè expiassè peccata nostra; quia magno pretio nos emit; quia non auro, aut argento, sed proprio sanguine nos redemit; quia dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate; quia factus est pro nobis maledictum, ut nos de maledicto legis liberaret; quia venit dare animam suam pretium pro multis; quia vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus propter scelera nostra: quia livore ejus sanati sumus; quia exolvit, quæ nos rapueramus; quia dilexit nos, & ex hac dilectione Sacerdos, & Pontifex tradidit seipsum oblationem, & hostiam Deo. Propter hæc, inquam, & plura alia similia, quæ passim

extant in Scripturis, dicimus, Christum verè, & propriè expiassè peccata nostra.

Prob. 3. ab inconvenientibus, quæ obiter attigimus in decursu priorum probationum. 1. Si Christus tantum prædicatione, & exemplo vitæ pro nobis satisfecit, & tantum sit passus, & mortuus, ut morte sua doctrinam, & vitæ sanctitatem confirmaret, fidemque, & spem inde faceret condonandorum peccatorum, nec potiori jure, nec aliter est Redemptor noster, quam Martyres veteris, & novi Testamenti, qui eadem præstiterunt: præsertim juxta Socinianos, qui isum ut merum hominem reputant: atqui falsum, & absurdum. Consequens; solus enim Christus in tota Scriptura dicitur Salvator, & Redemptor noster, solus dicitur pro nobis mortuus, & hoc ita illi proprium est, ut nulli alteri convenire possit. Undè Apost. 1. Cor. 1. *Namquid Paulus crucifixus est pro vobis?* Neque dicas cum Socino, Christum singularitè dici pro nobis mortuum, & esse Redemptorem nostrum; tum quia primus omnium pro nobis mortuus est; tum quia morte sua nos a morte eripuit. Primum enim est falsum, cum Martyres veteris Testamenti prius ipso sint mortui pro nobis, eo modo quo dicunt Christum esse mortuum. Et esto verum sit de Apostoli, & aliis sequentibus, non erit aliud discrimen nisi ordiis inter ipsos, & Christum, ita ut verè possit dici eos esse mortuos pro nobis, sed post Christum. Ad 2. si non alia ratione pro nobis mortuus, quam quia morte sua fidem, & spem nostram confirmavit, non magis nos a morte eripuit, quam alii Martyres.

2. Redemptio nostra in Scripturis specialitè tribuitur morti, & sanguini Christi; atqui, si non sit alio sine mortuus, quam ut doctrinam suam confirmaret, non est ratio, cur Redemptio nostra magis tribuatur ejus morti, quam miraculis, & sanctitati vitæ, per quæ non minus, quam per mortem doctrinam suam confirmavit. 3. Sociniani dicunt, Christum morte sua nos redemisse, & pro nobis satisfecisse, quatenus non remittantur peccata nisi bene viventibus; ad bene vivendum requiruntur fides, & spes; hæc fidem, & spem erigit, & firmat resurrectio; hæc resurrectionem antecessit, & meruit ignos Christi. Porro juxta istud systema, nostra redemptio potiori jure tribui potest resurrectioni, utpotè operi ad illam propinquiori, quam morti, quæ aliud ad redemptionem non concurrit, nisi quia præcessit resurrectionem; atqui nullibi in Scripturis tribuitur redemptio nostra resurrectioni Christi, sed ejus morti: ergo Longam antiquorum Patrum seriem in probationem conclusionis texere possemus, sed omitterimus, quia illos parvipendunt Sociniani, cum non loquuntur ad salivam.

Solvantur Objectiones.

Obj. 1. Christus in Scripturis dicitur Servator ob varias alias rationes, quàm quia nos redemit, soluto pretio: 1. Quia veritatem annuntiavit Marc. 1. Luc. 4. & alibi. 2. Quia veritatem hanc confirmavit morte sua, Matth. 26. Hebr. 13. & alibi. 3. Quia mortuus est, ut ipsum imitantes vitam consequamur æternam. Rom. 13. Ephes. 4. & alibi. 4. Quia sua resurrectione fidem, & spem corroboravit, Joann. 20. Rom. 1. & alibi. 5. Quia vitam æternam daturus est nobis, Matth. 26. Joann. 7. & alibi. Ergo non est Servator, quia dato pretio nos redemit. R. N. Conseq. que prostris est inepta; hi enim tituli non se destruant, sed inter se optime coherent. Undè, sicut assignatos admittimus propter auctoritatem Scripturarum, ita Sociniani propter eandem auctoritatem coguntur admittere, Christum etiam esse Servatorem nostrum, quia nos redemit, soluto pretio, eum id Scripturæ aperit testentur, ut vidimus. Dicendum itaque, quòd omnia Christi opera spectent salutem nostram, mors quidem specialitè ut pretium redemptionis nostræ, cætera qualia sunt prædicatione, exempla, miracula, &c. ut allicientia moralitè liberam hominis voluntatem; sicut enim homo libera voluntate venundatus est sub peccato, ita voluit Deus, quòd, licet sit Christi morte redemptus, liberè tamèn hujus mortis meritum sibi applicaret, sique venditioni responderet redemptio.

Inst. 1. Mors Christi secundum Scripturam non fuit pretium redemptionis nostræ: ergo. Prob. Ant. Rom. 5. dicitur: *Sed enim cum inimici essemus, reconciliati sumus per mortem filii ejus: multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius;* quibus verbis salus nostra magis vitæ, seu resurrectioni Christi, quam ejus morti, tribuitur. Atqui vita beata, seu resurrectio Christi non fuit pretium redemptionis nostræ, ergo nec mors ejus. R. N. Ant. Ad Prob. Fator, salutem tribui ab Apostolo vitæ, seu resurrectioni Christi, at verò reconciliationem tribuit ejus morti. Salutem igitur consequimur per vitam Christi, quia per mortem ejus sumus reconciliati: ergo ejus mors est pretium nostræ reconciliationis. Facit itaque Apostolus antithesim inter inimicos, & reconciliatos, inter mortem, & vitam, & arguit a majori ad minus, ita ut ejus sensus sit: Si, cum essemus peccato-

totes & inimici, sumis reconciliati per Christo mortem, a fortiori nunc, iusti, amici, & reconciliati ab ipso vivente, consequenter salutem, & vitam. Ita Aug. l. 13. de Trinit. c. 16. In vita salvi, inquit, quia per mortem reconciliati. Quis enim dubitet daturam amicis vitam suam, beatam, pro quibus inimicis dedit mortem suam?

Inst. 2. Roconciliationi, quae fit sola praedicatione, & ministerio verbi, non indiget pretio; atqui nostra reconciliation facta est sola praedicatione, & ministerio verbi. Ergo. Prob. Min. Apost. 2. Cor. 5. dicit: Posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Ergo. R. N. Min. Ad Prob. N. Conseq. Paulus enim tribuit quidem Apostolis ministerium reconciliationis ob praedicationis officium, sed ipsam reconciliationem tribuit Christo. Nam paulo ante dixerat: Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Et iterum, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Non ergo sola praedicatione, sed etiam morte sua Christus est reconciliationis Auctor. Unde iuxta Chrysost. hom. 11. in 2. Cor. sensus Apostoli est: Non est, quod existimetis summam huius rei (reconciliationis) auctoritatem genes nos esse; ministri tantum sumus. Deus est, qui totum hoc efficit, qui per unigenitum suum terrarum orbem in gratiam recepit.

Obj. 2. Deus est infinite misericors; atqui infinite misericordiae repugnat stricta satisfactio; haec enim est ex iustitia, quae repugnat misericordiae: ergo. R. sic Deum esse infinite misericordem, ut sit etiam infinite iustus; & quamvis ex infinita misericordia poterit sine ulla satisfactione condonare peccata, ut initio Tractatus probavimus contra Tournely, & paucos rectorios, voluit tamen eam in executione temperari iustitia, sicut verificatur illud Ps. 84. Misericordia, & veritas obvenerunt sibi, iustitia & pax osculatae sunt. Mirè namque utraque recludit in opere redemptionis. Quod enim homini peccatori personaliter obligato ad poenam, & satisfactionem, & satisfacere impotenti, Deus dedit Filium suum vadem, & sponsorem, ejusque satisfactionem pro peccatoribus acceptare dignatus fuerit, magna sanè, & summa misericordia est; quod autem satisfactionem a Christo sponso exegerit, iustitia est. Unde ad Min. D. Misericordiae infinite repugnat stricta satisfactio respectu ejusdem subjecti, C. respectu diversorum subjectorum, N.

Inst. 1. Sic Deus est misericors erga peccatores, ut eis respicientibus peccata gratis, & nulla expostulata satisfactione remittat: ergo. Prob. Ant. 1. in Abel, Noè, & pluribus Sanctis veteris testamenti, qui salvi facti sunt absque Christi satisfactione. 2. Peccatoribus respicientibus, & conversis ad Deum promittitur in Scripturis remissio peccatorum, nullius satisfactionis conditione apposita, Deut. 4. Ps. 32. Jerem. 9. 3. Rom. 3. dicitur justificati gratis. Ergo. R. N. Ant. seu claritatis gratia, D. ut autè: Peccatoribus respicientibus Deus peccata remittit gratis, respectu ad ipsos peccatores, C. respectu ad Christum sponso, N. Ad. 1. probationem; iusti veteris testamenti salvi facti sunt virtute futurae Passionis Christi, sicut absolvitur debitor ex fide data sponsoris pollicentis solvere statuto tempore. Ad 2. probationem; promittitur venia poenitentibus, & conversis ad Deum, sed supposita satisfactione Christi. Ad 3. probationem; dicitur gratis justificati 1. quia Deus gratis nobis dedit redemptorem. 2. Quia gratis acceptavit ejus satisfactionem. 3. Quia gratis, id est, nullis praecedentibus nostris meritis gratiam justificationis infundit. At non gratis respectu redemptoris, qui plene satisfacit iustitiae divinae. Id ibidem in terminis exprimit Apostolus. Justificati gratis, inquit, per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiatum per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae suae.

Inst. 2. Apost. Ephes. 4. hortatur nos, ut simus invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit nobis. Quod repetit Coloss. 4. atqui Apostolus hortatur, ut sic condonemus proximo injurias, ut non reposcamus vindictam, neque ab offendente, neque ab alio: ergo sic Deus nobis condonat. R. Apostolum in hoc facere paritatem: quod, sicut Deus condonat nobis immeritis, ita nos debemus condonare fratribus licet immeritis; non verò in hoc, quod possimus exigere vindictam, sicut Deus exigit a Christo, soli enim Deo vindicta. Quin potius Apostolus proponit exemplum Dei nobis inimicis condonantis cum periculo, & detrimento propterea Filii; ut nos efficacius moveat ad condonandum fratribus, ut explicat Chrysost. hom. 7. in Epist. ad Ephes. haec verba, Sicut Deus in Christo donavit nobis exponens. Hoc quoque, inquit, magnum vimignam; non absolute, inquit, sed cum periculo Filii. Ut tibi ignosceret, sacrificavit Filium. Tu autem saepe videns condonationem, & sine periculo, & sine sumptu, non facis.

Inst. 3. Nullo sensu condonatio potest dici gratuita ex parte Dei, si Christus plene pro nobis satisfacit, soluto pretio: ergo. Prob. Ant. Ille creditor nullo sensu dici potest remittere gra-

tiam, quando totum debitum ille solvit, sive a debitore, sive a sponso: ut sit tibi creditor meo alter pro me solvât centum aureos, quos tibi debeo, nullo modo cen seris mihi remittere gratis: ergo. R. N. Ant. Ap. Prob. D. Ant. In debitis nullibus pecuniarium, & aliarum rerum exteriorum, C. in debitis personalibus ortis ex lesione honoris, seu injuriis illatis, ut in nostro casu, N. Ratio disparitatis est, quod in restitutione debiti realis attendatur aequalitas rei ad rem: unde a quocumque ponatur ista aequalitas, exingitur debitum. At in restitutione debiti personalis orti ex lesione attenditur aequalitas personae ad personam, ita ut, sicut injuria afficit personam offensam, ita obligatio satisfaciendi afficiat personam offendentem, possitque persona offensa jure suo utens recusare satisfactionem cujuscuque alterius: sicut enim offendens depressit offensum, ita offensus habet jus, ut ipse offendens ad aequalitatem se deprimat, ut sic fiat justa compensatio. Quapropter magna fuit gratia, & misericordia ex parte Dei, quod acceptaret humiliationem, & satisfactionem ab altero valentibus pro nobis, personisliber obstrictis, & satisfacere non valentibus; maxime verò, quod ipse nobis dederit proprium Filium, qui loco nostri plene satisfacere.

Inst. 4. Quando creditor dat debitori id, unde satisfacit, & ea intentione ut satisfaciat, non censetur propria satisfactio, sed potius gratuita remissio; non enim tunc debitor habet proprie dominium in rem datam ea praecise intentione, ut eam reddat, sicut non satisfacit ex propriis; atqui, iuxta datam solutionem, sic est in praesenti casu: ergo. R. D. Maj. Non censetur propria satisfactio respectu debitoris, a quo nihil exigitur, C. respectu sponsoris liberi, a quo exigitur satisfactio ex propriis, N.

Inst. 5. Non censetur gratuita remissio debiti, nisi remittatur ex sola liberalitate creditoris; atqui Deus non remittit nobis debita ex sola liberalitate, sed propter satisfactionem Christi: ergo. R. D. Min. Deus non remittit nobis debitum ex sola sua liberalitate respectu ad Christum, C. respectu ad nos, N. Sola enim ejus liberalitas fuit, quod satisfactionem, ad quam eramus personaliter obstricti, & cujus eramus incapaces, ab alio acceptaret; & potissimum, quod daret ipse nobis, qui plene satisfaceret. Item ex ejus sola liberalitate est, quod gratia remissiva peccati, quam Christus nobis quoad sufficientiam meruit, de facto nobis applicetur.

Inst. 6. In hoc casu potest dici debitor committens, sed non debitum gratis remissum. R. D. Sed non debitum gratis remissum, respectu Christi, a quo exigitur satisfactio, C. respectu nostri, a quibus nihil exigitur, N. Bene ergo distinguitur inter debitorem, cui gratis remittitur, & inter sponsorem, a quo repositur satisfactio: respectu illius est misericordia, respectu istius est iustitia, quae non repugnant inter se, quatenus respiciunt diversa subjecta.

Inst. 7. Si Christus pro nobis satisfacit, censemur cum ipso satisfacisse, quia sumus ejus membra, & ipse caput nostrum: ergo remissio debiti fit nobis ex iustitia, nullatenus ex misericordia. R. D. Cons. Remissio debiti fit nobis ex iustitia respectu Christi capitis, qui solvit, C. respectu membrorum, qui nihil personaliter solverunt, prout tenebantur, N.

Obj. 3. Inhumanum est, & injustum, innocentem capite plecti pro reo, & ejus loco substitui; atqui id fieri in satisfactione Christi, quam praedimus: ergo. R. D. Maj. Inhumanum est, & injustum, innocentem plecti pro reo, si non sit ejus sponsor voluntarius, C. si sit ejus sponsor voluntarius, N. Christus autem fuit noster sponsor voluntarius; ablati est enim, quia voluit.

Subsumes: Atqui nullus potest esse sponsor alterius etiam voluntarius in crimine capitali: ergo. Prob. subsumptum. 1. Quia id prohibetur jure divino, Deut. 24. Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur. Et Ezech. 18. ipsi sibi Deus hanc legem fecit. Ecce omnes anime, meae sunt, anima patris tuae & anima filii meae est: anima, quae peccaverit, ipsa morietur. 2. Quia repugnat rationi, & bono publico, quod scelesti & criminosi, qui sunt Reipublicae pestes, vivant in detrimentum boni communis, dum iusti, & innocentes, in quibus potissimum sita est Reipublicae salus, pereunt: ergo. R. D. Subsumptum. Nullus homo potest auctoritate humana esse sponsor alterius in causa capitali, 1. Quia neque ipse, neque Index habet dominium in ejus vitam, quod est innocens. 2. Quia ex hujusmodi substitutione inter homines puros sequitur inconveniens allegatum in secunda probatione subsumpti. At, cum Christus se sponte constituit hominum fideiussorem, hoc fecit auctoritate divina, quae plenum habet dominium in vitam hominum: neque inde sequitur detrimentum Reipublicae, cum inde non multiplicentur crimina, & criminosi, sed e contra adversus omnia crimina offerantur remedia, & morum sanctitas promovetur. Una enim oblatione Christus consummavit in alterum sanctificator. Porro, Deum legi prohibentibus hujus-

ARTICULUS V.

Utrum operationes Christi fuerint ab intrinseco valoris simpliciter infiniti, tam ad merendum, quam ad satisfaciendum?

Nota 1. Aliud esse meritum, aliud opus habere valorem ad merendum. Meritum enim importat jus actuale ad praemium: ut autem opus aliquod acquirat jus actuale ad praemium, ultra valorem intrinsecum requiruntur plura alia, ut quod ordine tur ad praemium, quod acceptetur a praemiantem, &c. Unde consulto in titulo dixi, valorem infinitum ad merendum, non meritum infinitum. Nota 2. quod alia sit ratio meriti, alia satisfactionis. Meritum respicit praemium obtinendum a praemiantem, adeoque bonum merentis, aut alterius, cui meretur. Satisfactio respicit jus alienum laesum resarciendum, adeoque bonum offensi, non satisfaciens. Hinc dicitur nobis mereri a Deo, Deo autem satisfacere pro injuriis, ipsi a nobis illatis, possuntque ab invicem separari meritum, & satisfactio: sic, qui solvit creditori centum, quae debet, satisfacit quidem creditori, sed nihil apud ipsum meretur. E contra, qui, nullo titulo alteri obstrictus, in ejus gratiam obsequium praestat, apud ipsum meretur, & tamen non satisfacit ipsi. Quia tamen in operibus Christi ratio meriti, & ratio satisfactionis simul reperitur; Christus enim satisfaciendo Patri per actus virtutum, simul etiam apud eum merebatur, cum illi actus haberet: omnes condiciones ad meritum requisitas, ut vidimus; ideo utrumque hic conjungimus.

Circa propositam difficultatem duplex est Sententia. Scotista volunt, operibus Christi non inesse valorem infinitum ab intrinseco, & ratione suppositi divini, sed tantum ab extrinseca acceptatione Dei acceptantis illa ad valorem, & praemium infinitum. Fatentur tamen, ratione suppositi divini maximum habere valorem inaequabilem a merito purae creaturae, ratione cujus congruum erat, ut a Deo acceptarentur ad infinitum valorem. E contra verò omnes alii Theologi tam domestici, quam extranei propugnant infinitum valorem operum Christi ab intrinseco. Cum quibus

Dico: Operationes Christi non solum ex extrinseca Dei acceptatione, sed etiam ab intrinseco fuerunt valoris simpliciter infiniti tam ad merendum, quam ad satisfaciendum. Antè Prob. suppono 1. rem, a quocumque habet esse, habere & perfectionem. Porro quilibet effectus habet esse, adeoque & perfectionem a quatuor causis, efficiente, finali, materiali, & formali. Quapropter, cum operatio habeat suum esse a duobus principiis, quae quatuor causas assignatas complectuntur, scilicet 1. a subjecto efficiente, quod etiam gerit vices causae materialis, actus enim maxime immanens recipitur in subjecto, a quo elicitur, 2. ab objecto specificante, quod habet rationem causae formalis, & finalis ita ab his duobus principiis habet suum valorem, & suam perfectionem. Suppono 2. quod, licet haec principia actionis ipsi sint extrinseca, ab illis tamen intrinsecè, & realiter dependant, quia dependentia ab illis, & ordo ad illa est ipsi intrinsecus, & realis. In operationibus itaque Theandricis Christi est ordo realis, & intrinsecus ad objectum, a quo specificantur, & ad principium, a quo eliciuntur. Principium eliciens est duplex Quo, & Quod. Principium quo multiplex, scilicet ipsa natura humana, ejus potentia, & habitus, sed inter se subordinata: ad haec omnia dicit ordinem actus egrediens. Principium quod unum est scilicet suppositum, a quo elicitur, ut alibi diximus, procedunt operationes, non equidem per distinctum influxum, aut distinctam virtutem ab ipsa natura, sed ex natura, & subsistentia fit unum operans totale. Ita ut suppositum, seu persona sit id, quod operatur, & natura id, per quod operatur; sicut homine operante per manum, ipsa manus, & ipse homo operantur, penderque motus realiter ab utroque, non tamen per distinctum influxum, sed eadem actione homo, & manus operantur, homo ut quod, manus ut quo. Suppono 3. In operibus Christi hominis nullam esse infinitatem physicam; quia omnia principia quo, scilicet natura, potentia, habitus sunt physica finita. Suppositum autem Verbi operans ut quod non tribuit illis ullam caritatem physicam, quae non egrediatur ab ipsis principiis quo: non enim, ut dictum est, suppositum influit physice in illas operationes alia virtute, ut causalitate, quam ipsius naturae, cujus est suppositum; in tantum enim operatur, in quantum terminando naturam constituitur totum, quod illa mediante operatur, & non seorsim. Suppono 4. duplicem valorem debere distingui in actionibus Christi; unum, qui petitur ab objecto, & ille est finitus; alium, qui petitur a subjecto efficiente, & hunc ratione suppositi dicimus esse moraliter infinitum. Unde

Prob. Conclusio 1. ab auctoritate. Clem. VI. in Extrav. Unigenitus l. 5. tit. 9. de Poenit. & Remiss. loquens de Theatro Ecclesiae, ait: De ejus consumptione, aut diminutione non est aliquatenus formidandum propter infinita merita Christi. Et paulo superius dixerat, Christum non effudisse guttam sanguinis mo-

modi substitutiones non se adstrinxisse, patet ex pluribus locis Scripturae. Sic Exod. 20. & 34. dicitur: Deus visitans iniquitatem Patrum in tertiam, & quartam generationem. Thren. 5. Patres nostri peccaverunt, & nos iniquitates eorum portavimus. Genes. 9. Chanaan maledictus ob factum Chami Patris sui. 2. Reg. 21. Filii Saulis, & ejus nepotes suspensi sunt propter ejus peccata. Ibid. 24. Ob culpam Davidis ceciderunt septuaginta hominum millia. Neque obstat, quod opponitur ex Ezech. id enim specialiter spectat Judaeos, qui conquerebantur se poenas luere peccatorum Patrum suorum. Unde exierat inter ipsos hoc Proverbium: Patres comederunt upam acerbam, & dentes Filiorum obstupescunt: Ibid. Quibus respondet Deus sibi ex hac parte factum esse satis, seque non amplius ipsis imputaturum peccata Patrum suorum, sed unicusque suum. Id autem non derogat juri divino pro aliis casibus, nec nullatenus spectat Christum, qui se voluntarie Vadem dedit pro peccatoribus.

Inst. Poena sequitur peccatum: ergo, qui non peccavit, puniri non debet. R. D. Ant. Poena sequitur peccatum proprium, vel alienum imputatum, C. semper proprium, N. Patet ex dictis, Quamvis ad id, quod obijciunt, Christum non potuisse pro nobis satisfacere, quia sibi metipso satisfacisset, dilucet articularis sequentibus.

Obj. 4. Christus non pertulit poenam peccati nostris debitam: ergo propter non satisfacit pro nobis. Probat. Ant. Peccatis nostris debetur poena infinita, & aeterna, cuiuslibet peccatori mors temporalis; atqui Christus non pertulit poenam infinitam, & aeternam, neque meritis innumerabiles debitas innumerabiles peccatoribus praeteritis, praesentibus, & futuris: ergo. R. N. Ant. Ad Prob. dico, Christum pertulisse poenam valore aequivalentem poenae infinitae, & aeternae, ac mortibus temporalibus innumerabilibus, utpote quae fuit infiniti valoris, ut patet ex alibi dictis, & infra dicendis.

Obj. 5. Antequam Christus veniret in mundum, Deus erat nobis placatus, & offensas condonaverat: ergo Christus pro illis non satisfacit. Prob. Ant. Antequam Christus veniret in mundum, Deus dilexit nos, & ex hac dilectione misit Filium suum juxta illud, 1. Joann. 4. Ipse dilexit nos, & misit Filium suum, propitiationem pro peccatis nostris; atqui non potest simul diligere, & irasci: ergo erat placatus, & offensas condonaverat. R. N. Ant. Ad Prob. D. Min. Non potest simul diligere, & irasci sub eodem respectu, transeat: sub diverso, N. aliud itaque est affectu benevolè diligere naturam, aliud placari offensam, & illas remittere. Sic pater bonus, & justus diligit filium delinquentem, quem tamen justè corripit, nec prius illi placatur, & condonat delictum. Deus ergo ex misericordia diligebat naturam, quam salvare volebat, sed mediante satisfactione pro peccatis, per quam fuit placatus, & propitius, & hoc ipsum dicit textus citatus Evangelistae.

Obj. 6. Ab inconvenientibus. Si Christus plene, & proprie satisfacit pro nobis, sequitur 1. quod plus illi debeamus, quam Deo Patri, qui non satisfacit pro nobis. 2. Quod satisfactiones nostrae sint superfluae. 3. quod gratia, & vita aeterna sint nobis ex iustitia debita, & nemini possint denegari: atqui haec sunt absurda: ergo. R. ad 1. N. Sequelam: quia, si multum debeamus Christo, quia satisfacit pro nobis, multum debemus Patri, qui nobis dedit illum. Sed dicendum, nos aequaliter debere toti Trinitati, quia, licet Incarnatio sit terminativa solius Filii, est effectivè totius Trinitatis. Ad 2. D. Sequelam: Superfluae sunt satisfactiones nostrae, ut mereantur reconciliationem, C. ut applicetur nobis ista reconciliatio, N. Haec Solutio magis patet ex sequentibus. Unde ad 3. N. Sequelam. Quamvis enim Christus pro nobis solverit praetium aequivalentem, imò & superabundans, noluit tamen illum applicari nisi iis, quibus, & quomodo ipsi placuerit. Quia igitur voluntate antecedente vult omnes salvari fieri, sic vult illud omnibus sufficienter applicari, ita ut nemini gratias sufficientes denegent. Sed quia voluntate consequente vult tantum aliquos salvari, iis tantum vult efficaciter applicari per gratias efficaces: & quidem aliquibus, ut parvulis baptizatis, independenter ab eorum operibus, quia non sunt capaces; adultis verò dependentibus ab eorum operibus liberis, ut redemptio, sicut jam dixi, corresponderet venditioni, quae fuit etiam per liberum arbitrium. Et ideo Apostolus Coloss. 1. dicebat. Adimpleo ea, quae desunt passionum Christi in carne mea, non quoad sufficientiam pretii, sed quoad ejus applicationem, quae non fit nisi dependentibus a bonis operibus.

Latè admodum calmo praesentem materiam prosequuntur quidam Recentiores Theologi VVitsae, Boucat, Tournely, Bertii, &c. Verum huc usque dicta instituto nostro sufficiunt.

dicam, quæ tamén propter unionem ad Verbum pro redemptione totius generis humani sufficere. Quibus ulinis verbis prævenitur evasio Scotistarum; qui dicunt, Pontificem velle merita Christi esse infinita ab extrinseca acceptatione, non ab intrinseco; siquidem expressè dicit Pontifex, esse infinita, propter unionem ad Verbum. Similiter S. Thom. q. 46. art. 6. ad 6. dicit, quod Passio Christi virtutem infinitam habeat ex divinitate unita. Ex quibus sic arguuntur: Operationes Christi habent valorem infinitum ex unionem ad Verbum; atqui illa unio non est deputata extrinseca, ut est v. gr. in moneta ad valorem ultra naturalem, sed realis, & intrinsecus ordo actionum illarum ad suppositum, a quo egrediuntur, & cujus sunt aliquid: ergo. Maj. est D. Thom. & Clementis VI. Min. est nota lumine naturali.

Prob. ratione, seu magis explicatur præcedens ratio. Estimabilitas moralis, seu valor tam meritorius, quam satisfactorius actionum, non solum petitur ex objecto, aut ex principio quo, sed etiam, & maxime ex dignitate personæ operantis ut quod, quoque magis crescit, quod major est dignitas personæ; atqui persona Christi est infinitè digna: ergo ejus operationes, licet ex conditione objecti, & principii quo sint finiti valoris, ex dignitate tamen infinitæ personæ, a qua procedunt, habent infinitam estimabilitatem moralem, valoreque tam meritoriam quam satisfactoriam infinitum simpliciter: pars enim infinita non finitur ex compare finita, sicut nec totum inde conflatum, ut patet in aggregato ex Deo, & Mundo. Min. est certa. Maj. Prob. 1. ratione generali. Actiones scilicet immanentes sunt a persona, ut a principio activo, & passivo, quatenus ab illa elicitive procedunt, & in ea immanent, & eaque duplici ratione participant dignitatem personæ ut aliquid illius, si nempe personæ dignitas non se habeat purè concomitantè ad illas, sed formalitè, ut fit in actionibus moralibus. 2. Specialitèr de actionibus satisfactoriis, & meritoriis; cum enim hæ præstentur in obsequium, & gratiam alterius, involunt formalitè ipsam personam offerentem, quatenus non solum illas exhibet veluti in abstracto, sed per eas seipsam submittit, & offert ei, cui obsequium præstat; ita ut in ratione merendi, & satisfaciendi non ponant in numero meritum & merens, satisfactio, & satisfaciens, atque persona se habeat ad illas actiones per modum formæ moralitèr intrinsecæ, adeoque illimitatè, & in tota sua latitudine triboat illis suam dignitatem; & hæ actiones dicuntur reflexivè supra suppositum. Hinc in Scriptura Gen. 4. dicitur: *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus*, ubi habetur consideratio personæ, & operum, imò prius personæ, quam operum. Item in humanis magis estimatur in ordine ad præmium, aut satisfactionem actio obsequiosa Ducis, quam plebeii, estò foret ejusdem speciei. Similiter in supernaturalibus, actus supernaturales in justo vim merendi, & satisfaciendi majorem habent, quam in peccatore, licet sint obiecto, intentione &c. pares.

Confin. Sicut, moralitèr loquendo, offensæ est in offenso, ita honor est in honorante, & satisfactio in satisfaciente: ergo, sicut offensæ crescit juxta dignitatem offensis, ita dignitas operis honorifici, & satisfactorii crescit juxta dignitatem honorantis, & satisfaciens. Undè colliges, omnes Christi actiones etiam naturales fuisse Theandricas, ut jam diximus, & probabiliter infiniti valoris, non quidem quatenus intrinsecæ, sed quatenus subditas liberæ ejus voluntati eas referebat ex imperio charitatis in gloriam, & obsequium Dei.

Respondent huic fundamentali rationi Scotistæ, dignitatem operum crescere juxta dignitatem personæ operantis, non arithmetice, seu ad æqualitatem, sed geometricè, & secundum proportionem; ita ut, si persona sit superior ordinis, ita & opus, superetque dignitatem omnium operum inferioris ordinis. Sed contra 1. Dignitas personæ, quia est superioris ordinis, tribuit operi, quod sit etiam superioris ordinis: ergo quia est infinita, tribuit etiam operi, quod sit infiniti valoris: a pari. 2. Quod se habet per modum formæ, tribuit se totum, & in tota latitudine subjecto, quod informat, si sit illius capax; atqui, ut modò diximus, persona in actionibus meritoriis, & satisfactoriis se habet ut forma intrinsecè moralitèr informans, & illæ actiones, licet non sint capaces infinitatis physice, quia principia earum quo sunt finita, sunt tamen hoc non obstante capaces estimabilitatis, seu dignitatis moralis infinite; quia illæ infinitates sunt diversi ordinis, & a diversis principii causantur: ergo.

Prob. 3. Concl. alia ratione. Opera Christi habent vim moralem merendi præmia majora, & majora in infinitum sinategorematicè, & satisfaciendi pro peccatis gravioribus, & gravioribus in infinitum sinategorematicè: ergo habent valorem tam meritorium, quam satisfactorium in infinitum. Ant. est certum. Patet etiam Cons. Quia, sicut vis effectiva physica effectuum inæqualis perfectionis usque in infinitum sinategorematicè arguit causam physicè infinitam, ideoque Theologi probant omnipotentiam Dei esse infinitam, quia ad effectus sinategorematicè infinitos inæqualis perfectionis extenditur; ita vis effectiva

moralis effectuum inæqualium sine termino arguit actionem in genere moris infinitam.

Respondent Scotistæ ad Ant. opera Christi hanc vim habere non ab intrinseco, sed ex extrinseca acceptatione Dei, qua illa acceptavit ad præmia, & satisfactiones infinitas sinategorematicè. Sed contra 1. Hæc Responsio est apartè contra Clementem VI. supra citatum; qui hanc vim tribuit operibus Christi propter unionem ad Verbum. Contra 2. Secundum hanc solutionem sequitur, quod meritum, aut satisfactio purè creaturæ posset ita crescere, ut tandem adæquaret valorem intrinsecum operum Christi. Neque dicas, id fieri non posse, quia merita Christi sunt superioris ordinis. In moralibus enim accedere potest, ut, quæ sunt inferioris ordinis, quandoque adæquent sive in valore, sive in gravitate ea, quæ sunt superioris ordinis. Sic v. gr. actus misericordiz, & justitiz, licet sint speciei inferiores ad actum charitatis, plures tamen repetiti, aut magna intentione elicit possunt adæquare, imò & excedere in valore unum actum charitatis. Similiter peccatum charitatis oppositum est gravius specificè peccatis oppositis aliis virtutibus, & tamen hæc sæpius repetita, aut intensissimo conatu parata, possunt adæquare, imò & excedere in gravitate unum peccatum contra charitatem.

Solvuntur Objectiones.

Obj. 1. cum Henno. Vel opus humanum a Christo procedens remanet opus creatum, vel fit increatum. Si secundum, non est opus meritorium, cum sit opus Dei nihil mereri valentis: si primum, ergo est intrinsecè finitum: ergo finiti valoris. Patet ultima Cons. Quia finitum secundum se non potest secundum se præcisè valere infinitum. R. ad Ant. Hoc opus esse creatum. Ad Cons. D. ergo est intrinsecè finitum physicè, C. moralitèr, N. Undè N. secundum Cons. Et ad Prob. D. Finitum secundum se non potest secundum se præcisè valere infinitum, si sit finitum physicè, & moralitèr, C. Si sit finitum physicè, sed infinitum moralitèr, N.

Inst. Valor iste est etiam quid creatum, & physicum: ergo quid finitum. R. D. Cons. Ergo quid finitum physicè, & in ratione entitatis, C. moralitèr, & in ratione valoris, N. Valor itaque operum Christi nihil est aliud, ut patet ex dictis, quàm ordo realis, & intrinsecus illorum ad personam divinam, a qua procedunt, in qua immanent, & cui univertur ut formæ moralitèr informanti, ex qua unione, & informatione morali, ut diximus, licet entitativè finita hauriant tamen secundum estimationem moralem infinitam dignitatem, & estimabilitatem. Igitur valor ille actionum Christi physicè est finitum, moralitèr tamen infinitus; valor enim, & meritum sunt modi morales, qui physicam actus perfectionem excedere possunt, ut patet, v. gr. in humiliatione Regis, & plebeii; quæ, licet sint ejusdem speciei physicè spectatæ, morali tamen estimatione maxime differunt: imò aliquo sensu ille valor potest dici physicè infinitus, quatenus infinitam Verbi personam involvit, & in obliquo importat.

Inferes: Ergo actus, qui B. Virgo obtulit Christum in Templo, erat etiam infiniti valoris, adeoque sufficiens ad Redemptionem generis humani, quod alibi negavimus. Prob. Illatio. Hæc oblatio dicebat etiam ordinem intrinsecum ad personam infinitam, & eamque in obliquo importabat, ut patet: ergo. R. N. Illationem Ad Probat. D. Ant. Hæc oblatio dicebat ordinem intrinsecum ad personam infinitam, ut ad obiectum tantum; C. ut ad principium, subjectum, & formam oblationis, N. Ant. & Cons. Obiectum enim quantumvis infinitum non dat actui, quem specificat, infinitam dignitatem, utpotè ipsi extrinsecum, uti patet in actu charitatis purè creaturæ. Nec ideò dicimus, actiones Christi habuisse valorem infinitum præcisè, quia per illas Christus ipse offerebat ut obiectum oblationis, (licet ex hoc capite non negemus, aliquam oriri infinitatem scilicet obiectivam, & extrinsecam) sed quia persona Verbi erat principium quod, subjectum, & forma moralis illarum, adeoque ex his capitibus intimè cum ipsis conjuncta, unumque totale meritum, seu totalem satisfactionem moralitèr cum ipsis componens. Non enim operatio appetitur morali estimatione seorsim considerata a suo principio, a quo egreditur, & a termino, in quo identificatur; sed hæc omnia ingrediuntur moralem estimationem actionis, ita ut ratione valoris non ponant in numero, ut diximus.

Obj. 2. & simil. inst. cum eodem. Majoris est valoris in Christo actus divinæ voluntatis, quam actus humanæ voluntatis; atqui infinito non datur majus: ergo actus humanæ voluntatis in Christo non est valoris infiniti. R. D. Min. Infinito in ratione entis non datur majus, C. infinito in certo genere, N. Porro in genere valoris moralis orti ex unionem ad personam divinam agentem nihil datur majus; at in aliquo genere valoris potest dari majus. Undè major est valor actus voluntatis divinæ, quia necdum moralitèr, sed & physicè est infinitus; & quia valor ejus moralis non est emendatus ab altero ut in actionibus

Thean-

Theandricis Christi, sed auctoritatè, & principalitèr ex se.

Subsumes: atqui in genere valoris operum Christi datur majus & minus: ergo. Prob. Subsumptum. Actus amoris v. gr. in Christo majoris est valoris, quam actus alius virtutis: item majoris valoris est ejus Passio, quam unum suspirium: ergo. R. D. Subsumptum. In genere valoris obiectivi, seu essentialis datur majus & minus, C. in genere valoris personalis, N. Is enim in omnibus est æqualis.

Obj. 3. Valor meritorius aut, satisfactorius non crescit arithmeticè juxta dignitatem personæ: ergo ruit ratio Conclusionis. Prob. Ant. Actus charitatis v. gr. æqualis intensionis a viris in sanctitate inæqualibus procedens æqualis est in valore: ergo. R. N. Ant. ad Prob. D. Cons. Ergo valor non crescit juxta dignitatem personæ, si dignitas tantum concomitantè se habere ad valorem operis, C. si per se conducatur ad valorem operis, N. Est ergo disparitas inter hominem justum, & Christum, quod Justus utatur gratia habituali ad operandum quando vult, & non utitur quando non vult; habitus enim subduntur dispositioni nostræ, si utitur quando volumus, & eo modo quo volumus. Undè, sicut plura opera facit Justus, in quæ gratia nullatenus influit, sed tantum concomitantè se habet, ita eo modo, & gradu, quo vult, hæc gratia influit in opera ejus, & eo gradu, quo influit, dignificatur opus, cæteris gradibus concomitantè tantum se habentibus. At verò persona Verbi non subditur usui liberi arbitrii, cum substantialis sit, & non possit voluntas sine personæ concursu operari, ideoque dignificatur secundum totum quod potest. Hac etiam disparitate, ut præveniatur instantia, fit, quod Reges v. gr. faciunt multas actiones, puta merè naturales, quæ non sunt majoris valoris in ipsis, quam in plebeis, quia eorum dignitas, cum sit accidentalis, non influit in omnes eorum actus, sed in morales tantum: Secus in Christo, cujus dignitas est personalis, & substantialis. Undè, sicut persona Verbi influit indispensabiliter in omnes Christi actiones, ita & ejus individua, & indistincta dignitas. Adde, quod omnes actiones naturales in Christo quatenus subditæ voluntatis ejus dogmatis, & relatæ ad Deum, fiant morales, & sint in supposito reflexivæ.

Repones: Deus agens ad extrâ est substantialitèr infinitus; atqui tamen ejus actiones, ut creatio, concursus, &c. non sunt infinite dignitatis: ergo. R. D. Min. Si ejus actiones sumantur, proit existunt in Deo, N. Sunt enim sic ipsæmet Deus, adeoque in omni genere infinite. Si sumantur pro actione effecta, quæ recipitur in creatura, C. Sic enim sunt extra Deum, ut aliz res create, nec specialitèr ipsi univertur, nec sunt aliquid ipsius personalitèr: undè ex hoc non hauriunt speciale valorem.

Inst. Etsi dignitas personæ Verbi per se conducatur ad dignitatem actus, non potest tamen infinitum illi valorem tribuere: Ergo. Prob. Ant. 1. quia non influit in illum nisi mediante humanitate ut principio quo, & finito. 2. quia non influit nisi ut unita humanitati, univertur autem finito modo. 3. quia non satisficit, nec meruit ut Deus, sed ut homo. R. N. Ant. ad 1. prob. D. Ant. Persona Verbi non influit valorem physicum, & formalem in actum nisi mediante humanitate, & C. valorem moralem, & personalem, Subd. Nisi mediante humanitate materialitèr, & præsuppositivè tantum ad hunc valorem concurrente, C. formalitèr, & per se ad hunc valorem concurrente, N. Igitur humanitas, ejus potentiz, & habitus per se influit in actum bonitatem physicam, & moralem obiectivam, sed eo posito ex sola dignitate personæ agentis formalitèr oritur valor personalis, & infinitus, humanitate, & ejus actu physico materialitèr tantum, & præsuppositivè ad illum se habentibus; undè non illis, sed personæ dignitati adæquari debet. Ad 2. prob. D. Ant. Non influit nisi ut unita humanitati, ly ut reduplicante conditionem prærequisitam, C. ly ut reduplicante causalitatem principii, & causæ formalis valoris infiniti, N. Unio igitur non est principium, & causa formalis, undè profuit ille valor infinitus, sed ipsa persona Verbi, præsupponens tamen unionem ut conditionem necessariò requisitam. Ad 3. probat. D. Ant. Christus non meruit, nec satisficit ut Deus, ly ut reduplicante principium quo, C. Ant. reduplicante principium quod, N. Solutio patet ex dictis.

Urgebis. Deus ut principium quod non potuit humiliari: ergo ut principium quod non satisficit. R. D. Ant. ut principium quod non potuit humiliari in natura divina, C. in natura humana assumpta, N. Actiones autem sunt suppositorum elicitive, ut diximus, & ex supposito dignificantur.

Obj. 4. Valor est proprietas sequens ad bonitatem moralem operis; atqui bonitas moralis operum Christi erat finita, utpotè consequens entitatem finitam: ergo. R. D. Maj. Valor essentialis, seu obiectivus proveniens scilicet ex objecto, & circumstantiis est proprietas sequens ad bonitatem moralem, C. valor personalis ex ipsa scilicet dignitate personæ operantis proveniens, N. Ad hunc equidè valorem personalem requiritur

bonitas moralis, ut conditio præsupposita: at principium formale est ipsa persona agens. Hinc valor obiectivus in actionibus Christi est inæqualis pro inæqualitate obiectorum, & circumstantiarum, valor autem personalis est æqualis, & unus in omnibus.

Inst. Juxta hanc doctrinam sequitur, quod, si Verbum assumpsisset humanitatem secundum statum naturæ puræ, sicut poterat de potentia absoluta, illius actiones forent etiam valoris infiniti in ratione meriti, & satisfactionis, cum etiam tunc foret persona agens ut quod infinitæ dignitatis; atqui falsum Consequens: ergo. Prob. Min. Istæ actiones in hac hypotesi non forent supernaturales: ergo nec meritoriz nec satisfactoriz in infinitum apud Auctorem supernaturalem. R. N. Min. ad probat. D. Ant. Non forent supernaturales ex parte principii quo, C. ex parte principii quod, seu suppositi, N.

Obj. 5. Opera Christi debebant ab acceptatione Dei esse meritoria, & satisfactoria: ergo ab extrinseco. R. D. Ant. Ut essent meritoria, & satisfactoria in actu secundo, hoc est, ut de facto mererentur, &c. C. in actu primo, seu ut haberent valorem merendi, N. Et hoc sensu procedit nostra Conclusio, ut patet ex terminis. Acceptatio Dei autem superveniens non confert ipsi valorem merendi, sed supponit. Utrum verò Deus debebit necessariò illa acceptare, dicemus infra.

Obj. 6. ab inconvenientibus. Si opera Christi forent valoris infiniti tam ad merendum, quam ad satisfaciendum, sequeretur 1. illum æquè meruisse per unicum lacerum, ac per crudelem flagellationem, æquè per unicum actionem, ac per omnes simul. Sequeretur 2. opus Redemptionis nostræ consummatum fuisse in primo instanti Incarnationis per unum actum tunc elicium, & non per mortem ejus, contra communem sensum Theologorum; sequentiaque opera fuisse inutilia, cum primum utpotè infinitum omne præmium exhausisset. 3. Sequitur, nostras satisfactiones non esse necessarias, sed prorsus inutilis. 4. Sequitur, Christum plus meruisse, quam poterit Deus remunerari, siquidem repugnet dari præmium infinitum actu: ergo. R. ad 1. Jam diximus, quod, licet valor personalis operum Christi sit in omnibus æqualis & unus, valor tamen obiectivus petitur ex objecto, fine, & circumstantiis sit inæqualis & diversus. Porro Christus non solum valorem personalem, sed & obiectivum ordinavit ad meritum, & ad satisfactionem. Undè N. Sequelam. Ad 2. N. Sequelam. Quia ad merendum de facto, & satisfaciendum non sufficit valor, seu condignitas operum, sed insuper requiritur, quod merens, vel satisfaciens ordinet opera sua ad præmium, & ad satisfactionem. Christus autem ut gloriam Patris promoveret, & immensam erga homines amorem ostenderet, noluit ordinare primam, aut quamlibet seorsim actionem suam ad completum præmium, & completam satisfactionem, sed omnes collectivè usque ad mortem inclusivè per modum unius integri pretii ordinavit ad Redemptionem nostram. Ex quo patet, quod, licet potuerit, attenta quantitate pretii, unico actu opus suum consummare, non fecerit tamen, nec ideò opera ejus sequentia fuisse inutilia. Ad 3. N. Sequelam. Quia voluit Christus, ut satisfactiones, & merita sua, quantumvis infinita ex se, nobis applicarentur mediatis propriis actionibus nostris, juxta illud ad Coloss. 1. *Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea*. Ut enim infra. q. 49. art. 1. ad 4. dicitur S. Thom. sicut ad perfectionem causæ primæ, & universalis pertinet, quod non sola operetur, sed quod secundas causas operari faciat, ita ad abundantiam satisfactionem Christi (qui est quasi causa generalis in hoc genere) pertinent ut non solum ipse satisficiat, sed & alios satisficere faciat. Ad 4. N. Sequelam ex multiplici capite. 1. Quia meritum infinitum actu non exigit necessariò præmium infinitum actu, sed sinategorematicè tantum, majus scilicet, & majus in infinitum; hoc enim sufficienter arguit valorem infinitum in merito: sicut, quod divina potentia possit quocumque dato effectu perfectionem, & perfectionem producere, arguit ipsam esse infinitam actu, etsi quilibet illorum sit finitus; est enim per accidens, quod non possit infinitum actu producere, quia implicat dari infinitum creatum. 2. Dici potest, quod habitum Christi meritum potuisset præmari præmio actu infinito, non quidem præ creato, sed involvens aliquid increatum, puta incarnationem Patris, si ad illam Christus merita sua ordinasset. Quin imò plures Theologi sustinent, de facto Christum meruisse, & obtinuisse præmium actu infinitum, scilicet reunionem totius humanitatis ad Verbum in Resurrectione, institutionem venerabilis Eucharistie, quæ est sacrificium infiniti valoris Item quod deus ipsi præmium secundum totum rigorem justitiæ, quod est moralitèr quid infinitum.

Repones contra hanc ultimam rationem. Vis meritoria infinita sinategorematicè ea est, quæ nullo præmio exauriri potest, sed quocumque dato est adhuc præmiabilis; atqui, si merito Christi potuit respondere præmium actu infinitum, aut de facto illud obtinuerit, meritum Christi erit exhaustum, ut po-

10